Respondeo dōm: q circa ȝ fuit triplex positio. Quidā eni dixerūt q angelus a deo creat⁹ ē malus. ȝ āt hereticū ē t impoſe: nullus eni effectus ꝓsegr ab agēte nisi ꝼm cōditiōem agētis. dcm ē aūt supra: q cā creatiōis rez ē: qz de⁹ bonitatē suā reb⁹ cōicare voluit: vñ ipoſe ē q ab ipso fiat aliqd nisi ꝼm q sue bonitatis ꝓticeps ē: t hō ē bonū t nō malū. Jō aly dixerūt: q angelus in pn° sue creatiōis malus fuit: nō tñ malitiā a deo būit: sed actu ꝓpe volūtatis. ¶ Hec aūt positio vana t errōea ē t falsa. vana: qz ñ hz fundamñtū firmū q̄ q̄ pbet: cū malicia angeli ex volūtate ei⁹ dependeat: et iō cū volūtas se ꝺbeat ad vtrūlibet rōne inueniri nō pōt. Erronea ē: qz prie opinioni nimis vicia ē t a magistris dānata. Falsa ē: qz ipoſe ē angelū in ꝑmo instāti sue creationis peccasse. cui⁹ ipossibilitat] hic a quibusdā cā assignat: q a duaz opationū se ꝺsequentiū nō pōt eē vn⁹ termin⁹. opatio āt āgeli ꝺsegtur creatiōem: vñ nō pōt eē q idē sit instās: i q̄ ꝑmo ē ens qō ē termin⁹ creatiōis: t i quo ꝑmo ē malus: qō ē termin⁹ opationis. ¶ Sed hec rō non vr cogens: q a cū opatio volūtatis āgeli nō sit ȝtinua: nō ops q vltimū ei⁹ differat a ꝑncipio: pm āt pōt eē sil cū termio creatiōis. vñ t termin⁹ opationis pōt esse sil cū termino creatiōis: nec pōt dici q oporteat actum volūtatis sequi apꝓhēsionē intell⁹: nisi ordine nāe: q a de eodē pōt sil esse cognitio t volūtas: nec itez pōt dici q ops collatiōez p̄cedere de appetēdo: q a itell⁹ angeli nō ē ingsitiu⁹ vl collatius. ¶ Et iō alr dōm q cū volūtas nō sit nisi boni: nō pt esse aliquid volitū nisi apꝓhēdatur vt bonū ad appetē dū: qō sivere ē bonū: nō ē pctm in appetitu. ḡ oz q si ē pec catū q sit verisil⁹ bonū: t nō vere bonū: ſz ꝼm aug. i lib. ȝtra acbademicos: nō pōt aliqs iudicare visile nisi verū sit cognitū. ḡ ops vt intell⁹ veri boni p̄cedat itellcm verisilis boni: t ita appetit⁹ estimati boni quo malus fit angelus nō pōt seq primū actū itell⁹ ꝼm q ꝺsiderat verum bonū: ſz ꝼm q ꝺsiderat verisile bonū. vñ cū ipoſe sit itellectui creato sil plura itelligere nō potuit ꝑio istanti creatiōis appetit⁹ angeli esse malus.

Ad primum ḡ dōm. q in vasis ȝtumelie nō fac de⁹ malitiā: ſz nām: sed ordinat malitiā ad penā: t iste ordo designat cū dr i cōtumeliā. ꝑt. n. designari ordo vl pene ad culpā: t hic ordo ē a deo: vl culpe a natura: z: t hec coniunctio non est a deo: vnde in prepositio tenetur cōsecutiue: non cātiue. ¶ Ad zm dōm. q B itelligit de malo pene: t nō de malo culpe: t hoc infra pleni⁹ ager. ¶ Ad tertiū dōm: q ēt supposito q hō sil cū āgelo creat⁹ sit: nō oz q angelo exīte malo creatus sit hō qz nō ē pncipalis finis creationis hois repatio ruine angelice: sed q̄dā vtilitas ꝺsequēs. vt supra dcm ē. Et hanc vtilitatē de⁹ ꝓuidebat: in c⁹ pscia euēt⁹ oium rez erant.

¶ Ad 4m dōm: q i istāti sue creatiōis aliquē actuz volūtatis br̄e potuit: nō tñ ꝑm⁹ potuit eē mal⁹: sic nec pria cognitio falsa. ¶ Ad qntū dōm. q ꝼm q̄sdā in eodez istanti āgelus fuit prio bon⁹ t p⁹ mal⁹: t illud istās q̄uis sit vnū re: tñ differt rōne ꝼm q finis ꝓteriti t ꝑn̄ futuri. Sz diuersa rō ꝺparatiōis nō tollit ꝺiūctiōem eoz q̄ sūt in vno instāti. vñ seq̄r q inocētia t malicia ei⁹ ꝺiūgerēt: qō ē ipoſe. Jō aly dicūt q in toto tpe p̄cedēti fuit bon⁹: sed in ist⁹ tpis vltio instāti ē mal⁹: t sic nō ē assignare �less media tū istās añ aliō istās: ita nec vltimū instās i quo fuit bon⁹: ſz ista rō bona ē ꝓut inducit a pbo in. 8. phy. Tūc qñ: nūc: ȝtinuat tpe getis t mot⁹ q sp se tz cum passiōe q̄ inest subto mobili tpe getis: siue p̄cedat ges siue seq̄t. Sed si poneret instās iter duas getes vl iter duas ptes motus ȝtinui nō magis se tz cū vno q̄ cū alio. Nō āt dicim⁹ hic q angelus p aliquē motū ȝtinuū fcūs sit malus: t iō primū istās malicie sue nō ē mediū iter quietē t motū: sed inter duas getes, vñ rō ista nō ē ad ꝓpositū. Jō alr dōm



q ē assignare vltimū instās i q̄ angelus fuit bon⁹: t ꝑmū in q̄ fuit malus. nec iter ȝ instātia fuit tps mediū: qz tps formalr ē numer⁹: nec segtur ipm ȝtinuitas nisi ex parte mot⁹. vñ cū vicissitudo affectionū i āgelo p q̄s ē bonus t malus nō sit ȝtinua nec ordiata ad aliquē motū ȝtinuuz numer⁹ eaz dicēt tps: qz ꝼm pri⁹ t posteri⁹ se hñt: sed nō erit ȝtinuū. vñ iter ei⁹ istātia nō necario accipiēt tps medium: sic nec iter duas vnitates numer⁹. Qō II.

Finde querit de cognitiōe āgeloruz: et circa ȝ q̄tuoz q̄rūt. primo vtruz angelus cognoscat p spēs: scdo vtz in supiori b⁹ sint spēs magis vles. tertio vtrū per spēs istas singulariū, cognitiōem br̄e possint. q̄rto vtrum possint simul plura intelligere.

¶ Utz angelus cognoscat res per suam eēntiam.

Ad ꝑmū pceditur sic. vr q āgelus p eēntiam suā res cogscat: et nō p spēs aliqs: qz ꝼm pbm in zº de aīa: aīa ē spēs spez: ſz angelus simplicioz ē aīa t nobilioz. ḡ eēntia angeli ē silitudo vl spēs rez: sed res pt i silitudine sui cogsci. ḡ vr q āgelus intuēdo eēntiā suā res cogscat: t nō p spēs aliqs. ¶ Pois spēs vel ē cā rei vl a re accepta: ſz spēs rez i itellcū āgeli nō pōt eē cāte a reb⁹: cū āgelus careat potēcijs t ozganis: qbus fit abstractio a sensibilib⁹: nec itez sūt cāe rez: cū angeli nō sint cātores. ḡ vr q angeli p spēs nō cognoscāt. ¶ Ꝑ. ꝼm Diony. i 5º. c. de diui. no. Nobilioza in entib⁹ sūt inferioz exēplaria: ſz i exēplari res optie cogscit: cū ḡ angeli inter res creatas sint nobilissimi q̄si deo ꝓpinquores ꝼm augn. Vr q nā sua inspecta alias res cogscāt. ¶ Ꝑ. intellectuz t itell⁹ nō differūt: nisi q̄ vt rūq; eoz ē i pō: vt in prio li. dcm ē. ḡ ois intell⁹ g ē sp in actu ñ differt in eo itelligēs t intellcm: ſz itell⁹ sube sepate vr semp i actu eē: cū suum itelligere nō seq̄r trāsmutatiōem aliquā: ḡ vr q in eo nō differat species intellecta: t substantia intellect⁹: t ita nō per species cognoscit.

Sed contra ē qō diony. dicit. 4. ca. de dini. no. q angeli illuminār p scibiles rez rōes be āt nō sūt nisi spēs rez itellecte: ḡ p spēs rez cognitionē bñt. ¶ Ꝑ. i lib. de cāis dr: q ois itelligētia ē plena formis: ſz ista q̄ sūt i intelligētia: sūt i ea p modū itelligibilē. vt i eodē lib. dr: q̄ āt sic sūt in ea: sūt in ea ad cogscenduz.

Respōdeo (ḡ vr q res p formas cognoscant. dicendum: q intellectus angelicus est medius iter intellectum dinum t humanum t virtute t mō cogscēdi. Jn itellcū eni dino silitudo rei itellecte est ipa dina eēntia: q̄ ē rez cā exēplaris t efficiēs. Jn itellcū vo būano silitudo rei itellecte ē aliud a suba itellectus: t ē sic forma ei⁹. vñ ex itellcū t silitudie rei efficit vnum ꝓpletū: qō ē itell⁹ i actu itelligēs: t b⁹ silitudo ē accepta a re: ſz i itellcū angelico silitudo rei intellecte ē aliud a suba itelligētis: nō tñ ē acgsita a re: cū nō sint ex reb⁹ diuisibilib⁹ cognitiōem ꝺgregātes: vt diony. dic i. 7. ca. de di. no. Nec tñ ē ea rei ꝼm fidē: ſz ē ifinita a deo ad cogscēdū. Et rō b⁹ sumi pt ex ꝟbis ꝺmē. i. ii. meta. Jpe. n. dic q ꝟz ordinē simplicitat] nāz sepataz ē ordo diltātie spēi itellecte ab itellcū. vñ i pria eēntia cui nō admisceт pō aliq̄ ē oino idē itelligēs t intellcm: i alys āt ꝼm q plus admisceт de pō ē maioz distātia iter spēm itellectā t itellcm: c⁹ rō est qz nihil opaт nisi ꝼm q ē in actu: vñ illud c⁹ eēntia ē purus act⁹: itelligit sine receptiōe alicui⁹ pficiētis: qō sit ex eēntiā ei⁹: illud vero i quo ē pō: nō poterit intelligere nisi pficiatur i actu p aliqd receptum ab extrinseco: t hoc est lumen intellectiua nāle: qō a deo in subas itellectias emittitur: t qz ynūquodq; recipiт i aliq̄ p moduz recipi-

entis lumẽ illud qđ in deo ẽ simplex: recipiť in mẽte angeli: vt diuisum ⁊ multiplicatũ: ois eni pđ receptiua ŏ se diuisibilitatẽ hz: ſm q nő ẽ termiata ad vnuz qđ fit per actũ terminatẽ: ⁊ ió dr in lib. de causis: q sicut in nã inferiozi multiplicať singularia: ita ⁊ spẽs itelligibiles in itelligẽtys: vtrũq eni ẽ pp multiplicabilitatẽ põe: ⁊ iste sunt spẽs p quas ãgeli cognoscũť.

**Ad primuz** g̃ dom q aia dr spẽs spẽz inc̃tũ per intellcm agẽtẽ facit spẽs intelligibiles actu: ⁊ recipit eas ſm intellcũ possibilem: sicut ibidẽ dr sensus: dr spẽs sensibilis: ⁊ man⁹ organũ organozum inc̃tũ. vz. oia artificialia per man⁹ efficiũť. vñ in. i4. de aialib⁹ dr: q man⁹ date sũt boi loco cornũ: ⁊ oium q̃bus alia aialia iuuãť. vñ nő segtur q eẽntia anie vl angeli sit talis spẽs i qua oia cognoscãť. ¶ Ad z^m dom q silitudines rez in itellcũ angeli exĩtes nő sũt a reb⁹ accepte: qz spẽs itelligibilis nő accipiť a re nisi mediãte fãtasmate: qđ se hz ad intellcm: sicut color ad visum: vt i 3° de aia dr. nec tñ sũt cãe rez p modũ creatõis: sz forte per modũ mot⁹: si forte ponãtur orbes mouere: q̃z mot⁹ ẽ cã forma rum nãliũ: nihilomin⁹ tñ oz q̃dã cognoscãt: quoz non sũt cãe: sic ipos orbes ⁊ alios ãgelos. vñ dom q ad boc q aliquã assimilatiõem hẽant adiuicẽ: põt ꝺtingere dupl'r: vl ita q vnũ sit cã alteri⁹ silitudinẽ suaz illi impmẽs: sic ignis ⁊ aer calefcũs: ⁊ B mõ intell's dinus ⁊ human⁹ hñt assimilatiõem ad res intellectas: sz mõ ꝑuerso: qz intell's dinus impmit in rẽ formaz p quã res sibi similať itells ãt human⁹ spẽm per quã rei assimilať a re accipit: vl ita vtrũq sit ab vna cã sil'em formã vtriq impmẽte. ⁊ sic intell's angelic⁹ reb⁹ cognitis assimilatur: qz forme que a deo impſse sũt reb⁹ ad subsistẽdũ: sũt ẽt angelo impſse ad cogſcẽdũ. ¶ Ad 3^m dom q res nő cognoscũť pfecte i exẽplari: nisi a quo ducit ſm totũ qđ in ipsa ẽ: ⁊ B mõ res cognoscũť in pꝛio exẽplari: qđ imitãť res ſm eẽ id quod in re ẽ: sic ãt nő ẽ de eẽntia angeli: cũ nő sit cã vel exẽplar toti⁹ qđ in re ẽ. s. mãe ⁊ forme. ¶ Et pæterea nő est actu exẽplar nisi p B q põ sua ꝺpleť per lumẽ a deo immissũ: vt dcm ẽ. ¶ Ad q̃rtũ dom: q intell's ãgelic⁹ ⁊si ponatur sp i actu respcũ cognitoz nãliũ: nő tñ eẽ in actu bẽt a se: ab alio. vñ sic i ipso differt eẽ: ⁊ qđ ẽ: pp hoc qđ ẽ ab alio hz. ita differt in eo itell's: ⁊ quo actu itelligit: propter hoc intelligere ab alio habet.

¶ Utz angeli supiozes intelligãť p spẽs vliozes.

**A B secũdum** ꝓcediť sic. Ut q spẽs supiozum nő sint vliores spẽb⁹ quas hñt angeli iferiozes: quia ſm ph̃z i ꝓncipio de aia. aial vle: aut nihil est: aut posteri⁹ ẽ: nő ãt dr eẽ posteri⁹ nisi pp abstractiõem a reb⁹: i qua ꝓpleť intẽtio vlitatis p actuz intell's abstrahẽtis. cũ g̃ intell's angeli nő abstrahat spẽs a reb⁹: vr q spẽs ñ sint vles i ipo. ¶ Ꝑ. si dicũ vliozes: aut hoc ẽ q̃tũ ad cognitiõem: aut q̃tũ ad opatiõem: non q̃tũ ad cognitiõem: qz nãli cãz oẽs cognitiõem hñt: ⁊ sui ipsoz ⁊ dei: nő q̃tũ ad opatiõez: qz nő sunt rez opatozes: vt dictum est. g̃ vr q nullo mõ pñt q̃rũdã spẽs vliozes esse.

¶ Ꝑ. q̃to cognitio ẽ magis ꝓpa: tãto ẽ magis pfcã. sz superiozũ cognitio pfectioz ẽ: sicut ⁊ nã simplicioz: vt ex ꝓdictis pz. g̃ vr q supioz spẽs nő sint magis vles. ¶ Ꝑ. qui cognoscit vlia nő pt ꝓpa cogſcere nisi acgrat aligd ŏ pro pꝛys rei: si g̃ iferioz ãgeloz spẽs eẽnt magis ꝓprie oporteret q supiozes nő reducerẽť i actũ ꝑpe cognitiõis rerum nisi p inferiozes: qđ ẽ incõueniẽs: cũ magis econtra ꝓtigat ſm Diony. g̃ vr idẽ quod ꝑius.

**Sed contra** ẽ qđ Diony. dicit in. iz. cap. ce. Dier. q supiozes angeli hñt sciam magis vl'em: ⁊ iferiozes pticulariozẽ ⁊ subiectaz. ¶ Ꝑ. B idẽ vr p B qđ in li. de causis dr: q cũ ois intelligẽtia sit plẽa fozmis in qbusdã sũt forme magis vles. s. in supiozib⁹ ⁊ i qbusdã min⁹. s. in inferiozib⁹.

**Respondeo** dõm: q ſm theologos ⁊ ph̃os oz ponere formas superioz angeloz esse magis vles. cui⁹ rõ ẽ: qz in oib⁹ sciẽtys ⁊ artib⁹ siue speculatiuis siue opatiuis: oz q illa q̃ ẽ altioz ⁊ ordinatia aliaz ꝺsideret rões magis vles: eo q pn⁹ sũt parua q̃titate ⁊ maxia virtute: ⁊ simplicia ad plurima se extẽdũt: vbi gra sub ciuili scia ẽ militaris: ⁊ sub militari equestris: ⁊ sic ŏ inceps. ciuilis ãt sub ꝺsideratione boni humani absolute. militaris ãt ꝺsiderat B idẽ ſm q determinať ad res bellicas: ⁊ sic ocinceps: ⁊ pp B iferioz accipit ꝑncipia sua supiozi q̃ ẽ q̃si pp qđ demſrans: ⁊ B ẽt facili⁹ pz in sciẽtys speculatiuis: qz metaph̃ica q̃ ẽ ordinatia aliaz: ꝺsiderat rõnẽ entis absolute: alie vo ſm determinatõez aliquaz. B ãt sic ẽ in angelis: ⁊ ſm oẽs ph̃os ⁊ ſm nos: qz supiozes p suã sciam ordinãt act⁹ ⁊ officia inferioz illuminantes eos ⁊ pficiẽtes ⁊ purgãtes. vñ oz q scia supioz sit vlioz: ⁊ spẽs vliozes: qđ quomõ ꝺtingat: põt videri ex ꝺbis cõmẽtato. in. ii. meta. Ipse eni dicit: q ſm ordinẽ dr̃ce inter itelligẽs ⁊ intellcm: ẽ ẽt ordo multiplicatiõis intellectorum: qz in intellectu supiozi q̃ hz minus de possibilitate minoz ẽ ꝺpõ intelligẽtis ⁊ intellecti. ⁊ inde ẽ ẽt: q sũt i eo pauciozes fozme intelligibiles: qz q̃to min⁹ hz de põ lumẽ intellectuale: min⁹ ꝺiuidiť ⁊ multiplicať in eo: ⁊ ideo opz q iste forme sint vliozes fozmis magis multiplicatis. ſm B g̃ scia dei est vlissima: qz vna silitudine que est sua eẽntia oia cognoscit: ac si aliqs p rõem cõez entis oia cognoscere possit. ⁊ q̃to p pauciozes formas intelligit: tãto scia ei⁹ ẽ vlioz ⁊ silioz diuine scie: vt si aliqs cognoscat oia p intẽtiõem decẽ genez: ⁊ aliquis nő nisi accipet species primas genez. ⁊ sic descẽdẽdo vsq ad specialissima ſm multiplicatiõem spẽz inueiret pticulatio eaz.

**Ad primum** g̃ dom. q ẽ triplex vle: quoddã qđ ẽ in re. s. nã ipsa q̃ ẽ in pticularibus: q̃uis in eis nő sit ſm rõnem vlitatis in actu. Est ẽt qđã vle qđ ẽ a re acceptum p abstractiõem: ⁊ B posteri⁹ ẽ re: ⁊ hoc mõ forme angeloz nő sunt vles. Est ẽt quoddaz vle ad rẽ: qđ ẽ prius re ipa: sicut forma dom⁹ in mẽte edificatozis: ⁊ per hũc modũ sũt vles forme rez in mente angelica exĩtes: nő ita q sint opatiue: sz ga sũt opatiuis similes: sicut aliquis speculatiue scientiam operatiuam bẽt.

¶ Ad secũdum dicendum: q sũt vniuersaliozes: ⁊ quãtum ad cognitionem: ⁊ quãtum ad operationem: q̃tum ad cognitionem: tũ ex parte ipsarum specierum: quia ad plura se extendunt: tum ex parte rerum cognitarũ: quia superiozes perfectius ⁊ clarius cognoscunt idem cognitum q̃ inferiozes. vnde illuminant eos: sicut etiam eandem conclusionem: aliter demõstrato: alr dialectic⁹ cognoscit: nec ẽt est remotuz a veritate qui plura subiaceãt cognitiõi nãli superioz q̃ inferioz. Silr ẽt sunt vniuersaliozes q̃tum ad opationem: tam ſm ph̃os q ponũt ordinẽ intelligẽtiarum ſm ordinẽ motuum: ex quo opz q cãlitas formarum illius intelligẽtie superiozis sit vlioz cui⁹ mot⁹ est vniuersalioz in causando: q̃ ẽt ſm nos qui ponimus eos ordines ſm diuersa diuina officia. vñ superiozes ordinant inferiores in suis officys: ⁊ non econuerso. vnde remanet nobis eadem via procedendi ſm traditionem. Diony. sicut ⁊ ph̃s. ¶ Ad tertium dicẽduz q cognitio perfcã non habetur per medium vle: qz non est efficax ad cognitionem oium ꝓpriozum. Si autẽ p medium vle oia ꝓpria efficaciter cognoscerẽtur: eẽt pfectissima cognitio. qz quãto aliquid est magis vnuz ⁊ simplex



tãto ẽ virtuosius ⁊ nobili⁹: ⁊ hoc mõ dicim⁹ q angeli superiozes sufficiẽter p formas vles cognoscũt res: sicut de⁹ p eẽntiã suã perfecte cognoscit oia. ¶ Ad q̃rtũ dz q rõ ꝓcederet si forme vles superioz non eẽnt sufficiẽtes ad cognitiõem ꝓprioz: qđ falsũ est: qz oia que cognoscit iferioz per formas pticulares cogſcit supioz p vles: vel etiã plura: ⁊ qz ex causis vlib⁹ ꝺfirmãť pticulares: inde est q scia inferioz pficiť p supiozes.

¶ Utrum angeli intelligant particularia.

**A B tertium** ꝓcediť sic. vr q ãgeli p formas itellectuales pticularia non cognoscãt: vbi eni inueniť vna nã cõis nő ẽ diuersitas i operatiõe ꝺsequẽte nãm: sed nã itellectualis ẽ i ãgelis ⁊ i nob: cũ g̃ itell's nr nő possit eẽ singulariũ: vr q nec angelicus.

¶ Ꝑ. ois cognitio ẽ per assimilatiõem: sz quodlibet singulare i reb⁹ mãlib⁹: ẽ singulare p mãm: cũ g̃ spẽs rerum i mẽte ãgelica sint oio a mã ⁊ a ꝺditiõib⁹ mãlib⁹ absolute: cũ itell's ãgeli nő sit min⁹ imãlis itellectu humano. vr q nő possit eẽ pricipiũ cognoscẽdi singulare ꝑput ẽ in sua singularitate: ꝺsistẽs. ¶ Ꝑ. si cognoscũt singularia diuersa. g̃ aut vno aut plurib⁹. si vno cũ particularia sint ifinita: vr q i itellcũ ãgeli sit vnũ quo cognoscãt ifinita: ⁊ sic eq̃bit itellcũ diuio. Si ãt plurib⁹ oportebit eẽ multitudinẽ spẽz i itellcũ ãgeli exĩtium ſm multitudinẽ indiuiduoz que pñt eẽ: ⁊ ita erũt ifinite spẽs i actu i mẽte ãgeli quod ẽ incõueniẽs. ¶ Ꝑ. eẽ multoz ꝑticulariũ depẽdet ex causis cõtingẽtib⁹ ad min⁹ q̃tũ ad gnãtiõem: sicut generatio platonis ex volũtate pris ei⁹: vt. s. cõmiscereť ei⁹ mri. si g̃ ãgeli cognoscũt singularia: vr q cognoscũt futura ꝺtingẽtia: qđ negať: qz boc soli⁹ dei est. g̃ vr q singularia nő cognoscant.

**Sed contra.** officiũ quozũdã ãgeloz ẽ custodire boies: vt a sãctis tradiť: sz boc nő pt eẽ nisi boies quos custodiũt cognoscãt. g̃ vr q singularia boium cognoscãt. ⁊ eadẽ rõne alioz spẽz. ¶ Ꝑ. cognitio ãgeloz ẽ pfectioz q̃ nr̃a: sed nos scim⁹ nõ tñ vlia: sed ẽt singularia. g̃ vr q multo forti⁹ angeli.

**Respõdeo** dõm q ꝑter illã põnem que põit angelos singulariũ cognitõem nő bẽre: que hereticа ẽ: ⁊ veritati sacre scripture ꝺria: sũt diuerse opiniones de mõ quo ãgeli cognoscũt singularia. Quidã eni dicũt q ãgeli p formas inatas solũ cãs vles cognoscũt: sz ex reb⁹ ipis accipiũt: vñ singularia ⁊ causis vlib⁹ pducta cognoscãt. ¶ Sz hoc nő vr cõueniẽs: qz illud qđ ẽ acceptũ a re singulari nő ducit i cognitiõem singularis eius nisi q̃diu seruãť i eo ꝺditiões mãles idiuiduãtes illõ. qđ nő põt eẽ nisi spẽ exĩte i ozgão cozpali: vt i sẽsu ⁊ imagiatiõe. vñ cũ ãgeli ozgão cozpali carẽt ẽt si a reb⁹ spẽs abstraherẽt: nő posset p hȝ spẽs singulariũ cognitõem bre. Jõ alq dixerũt q oia singularia ꝑducũť ex causis vlib⁹ ordiatis i nã: vñ cũ apud ãgelũ sint forme ordinis cãruz vniuersi. p hȝ formas oia singularia cognoscere põt. ⁊ h vr via Auicẽ. Sed tũ nő ẽ sufficiẽs scõm fidẽ nostraz: qz i cãis vlib⁹ nõ cognoscitur aliquid ſm ꝺditiões idiuiduales. vt. s. cognoscať ꝑput ẽ hic ⁊ nũc ⁊ hȝ. vñ dicit ipe Aui. q deus nő coguoscit particularia particulariter. vt. s. h nũc eẽ: ⁊ nũc nő eẽ: ⁊ est sil'e de eo qui cognoscit eclypsim i causis suis vlibus qui nő cognoscit hãc eclypsim scõm quod est hic: vt nũc icipiẽs: ⁊ nũc finiẽs: nisi sensu percipiat. Et ideo ad hãc põnem quidam addiderũt q ex applicatiõe harum formarũ vlium ad hoc particulare vl illõ determiatur ãgeli cognitio: vt hoc singulare cognoscat. Sed hoc iterum nő videtur sufficiens: qz hec applicatio vlium causaruz ad singulare: aut est ad singulare qđ est

**Ad primum** (in mente diuina.
g̃ dom q itell's human⁹ est vltimus in gradu subaz intellectualiũ: ⁊ iõ ẽ in eo maxia possibilitas respectu aliaz subaz intellectualiuz: ⁊ ꝓp hoc recipit lumẽ itelligibile a deo debili⁹ ⁊ min⁹ sil'e lumini diuini intell's: vnde lumẽ intellectuale in eo receptũ nő ẽ sufficiẽs ad determinãdum ꝓpriã rei cognitiõem: nisi p species a reb⁹ receptas q̃s oz in ipo recipi formalr. sz modũ suũ. ⁊ iõ ex eis singularia nő cognoscũtur que indiuiduãtur p mãm nisi p reflexiõem q̃dã intell's ad imaginatiõnẽ ⁊ sensum: dũ. s. itell's spẽm vl'em quã a singularibus abstraxit: applicat forme singlari i imagiatõe fuate. Sz i ãgelo ex ipo lumie determinãť spẽs: g b⁹ fit ꝓpria rerũ cognitio sine aliq alio accepto: ⁊ iõ cũ illud lumẽ sit silitudo totius rei in q̃tũ ẽ exẽplariter a deo traductũ per hȝ spẽs ꝓpa singlariũ cognitio hr̃i pt: ⁊ ita pz q scõm gradũ nãe itellectual ẽ ẽt diuersus itelligẽdi modus. ¶ Ad z^m dicendum q essentia diuina quãuis sit actus purus: tamen ẽ similitudo materie scõm q omne ens quãtũcũq

impfectū ad pmo ente exēplariter deducīt: ⁊ ita etiā forme imāles que sūt i ītellectu āgeli: sūt itez similitudies ēt q̄tū ad pncipia mālia. ¶ Ad tertiū dōm q̄ sicut ex p̄dictis pz quāto aligs āgelus ē supioz tāto plura vna spē cognoscere pōt: nullus tñ ē in quo oporteat scōm numez indiuiduoz spēs multiplicari: qz p vnā spēm oia indiuidua illius spēi cognoscit: ⁊ illa spēs efficiūt ppria rō buj⁹ vel illj⁹ scōm respcm ad hoc vl ad illud p modū q̄ idee i intellcū dīno multiplicāt: ⁊ ita nec⁹ itell's angeli intellectui dīno eq̄bīt: nec⁹ infinite spēs in ītellectu angeli erūt relatiōes āt q̄ sequūt actus rōnis vel ītellcūs in ifinitū multiplicari nō ē icōueniēs. ¶ Ad 4.m dōm: q̄ p spēs sibi a creatiōe inditas cognoscūt angeli cās babētes ordiné in nā: ⁊ oē illud qō i causis illis determinat vl simplr: vl vt frequēter: ⁊ qz pnigētia futura nō sūt determinata i causis suis: sz fcā determinatiōe cāz efficiūt in actu p̄sentia: iō eoz quādiu futura fūt cognitiōem nō babēt: sz B soli⁹ dei ē: qui oēs successiōes tēpoz vno actu intuet.

¶ Utrum angelus intelligat plura simul. IIII.

**Ad quartum** sic pceditur. Uī q̄ āgelus sil actu plura ītelligat: qz scm Dionysiū angelus bz intellectū dei formē: sz de⁹ in actu sil oia ītelligit: quia apud ipm nulla ē trāsmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Jacobi p.g ⁊ intell's āgeli ē sil pluriū. ¶ P. in pria nō erūt cogitatiōes volubiles. sz sanctis in pria pmittit q̄ erūt sicut āgeli i celo. Math. xx. g videt q̄ nec angeli itell's voluat de vno in aliō: sz sil oia cognoscat. ¶ P. scm pbz felicitas ē in opatiōe ⁊ nō i bitu: sz angeli bñt nobilissimā felicitatē ad min⁹ bti. g vī q̄ oium cognitoz suoz cognitiōem sit in actu bēant: ⁊ nō successiue. ¶ P. intell's angeli nō ē minus nobilis q̄ itell's agēs aie rōnalis: sz de B itellcū dī in 3° de aia: q̄ nō q̄nq̄ intelligit: ⁊ q̄nq̄ nō: sz sp. g multo fortiⁿ B vez ē de itellcū an-

**Sed contra** scm Aug. de⁹ mouet spūalem creaturā p tps: sz p tps moueri est p affectiōes ⁊ pceptiōes itell's moueri. g vī q̄ in angelis sit (geli. (successio intellectuū.

**Respondeo** dōm q̄ cā quare nō pñt plura sil intelligi in actu. hec ē: quā Algazel assignat: qz oz sp intellectū figurari actu scōm spēm rei itelligibilē: quā apud se bz rei itellecte in actu: vt sit assilatio vtriusq̄ q̄ exigit ad cognitiōez rei: sic āt ipol'e ē coz⁹ scōm eandē ptē diuersimode figurari diuersis figuris: ita ipol'e ē vnū intellectū diuersis sil spēb⁹ ad diuersa intelligēda actu informari: ⁊ iō cōsiderādū ē q̄ q̄cūq̄ intell's plura intelligit p plures spēs: oz q̄ ea nō sil' itelligat: vt pz in ītellcū būano scm Aristotēm vie a reb⁹ accipiēte: itell's āt dīnus: qz vno oia cognoscit. iō sil' ē actu oium: sz intell's angeli cognoscit res dupl'r. vno mō p spēs plēs q̄ i itellcū ei⁹ sūt: ⁊ sic oz q̄ plura nō simul cognoscat nisi in q̄tū reducūt ad vnā spēm per quā cognoscūtur. Alio mō cognoscūt res i vno qō ē cā eaz: ⁊ B ē verbuz: ⁊ sic pñt ee sil' in actu cognitiōis oium: hec āt cognitio est q̄si formalis respcū pcedētis a q̄ nūq̄ absoluūt: ⁊ iō frequēter inuēit traditū a scis ⁊ pbis q̄ in itellcū ipoz nō ē successio vel renouatio q̄uis sit vicissitudo inq̄tū intelligūt res in ppria nā p spēs creatas.

**Ad primum** dōm q̄ intell's angelorum dī deiformis eo q̄ dīno itellectui cōformis ē: nō āt i B q̄ vno oia itelligat: ⁊ ita simul: sz in B q̄ a reb⁹ cognitiōem nō accipit: sz sine uestigatiōe rōnis ⁊ sine aliquo miniculo sensus cognoscit. ¶ Ad 2m dōm q̄ cognitiōes volubiles dñr in q̄b⁹ ē ēt reuolutio scōm discursum rōnis de cātis in cās pcedētis: aut ecōuerso. vt ex notis i ignota deueniat: nō tñ excludit successio cognitionū ab angelis: ⁊ a sanctis: nisi scm ꝓplatiōem vbi put in pfectā assimilatiōem dīnā pducūt: ⁊ i boc ēt eoz felicitas ēntialis cōsistit. ¶ Ad pz rūsio ad tertiū. ¶ Ad 4.m dō ⁊ q̄ itell's possibilis ⁊ agēs ē in angelis sicut in nobis: sz diuersimode: qz intell's possibilis i nob ē in pō respcū spēz acceptarū a reb⁹ p lumē intell's agentis actu eas itelligibiles facientis: sz in eis ē possibilis respcū luminis a deo in eos pcedētis. Sil'r ēt lumē intell's agentis in nobis nō sufficit ad distinctam rez cognitiōem bīdā nisi scōm spēs receptas q̄s informat: vt lux colozes: sed lumen itellectuale in angelis sufficit ad distinctam cognitiōem rez bīdaz: qz B ipm lumē est ex quo forme itellectuales multiplicātur: q⁹ intelligētie plene dicāt. Sic g itell's agēs ipsoruz sp dī i actu ē: qz incessāter ad aliquid actu cōsiderandū lucet in angelis sicut i nobis quātū in ipso ē: nō tñ opz q̄ semper ad vnam spēm fiat conuersio: ita vt semper vnū intelligatur in actu.

¶ Utrum angelus in statu suo naturali dilexerit deum plusq̄ se ⁊ omnia alia. Qō III.

**Circa tertiū** principale q̄rit de dilectione. s. vtr angeli si in gra creati nō sūt: in illo. statu innocētie deum sup se ⁊ plusq̄ oia dilexerūt. Et vī q̄ nō. Sic enim deū diligere ē act⁹ charitatis q̄ charitatē non bñtis ee nō pōt: sz angeli in isto statu charitatē nō bēbāt q̄ sine gra nō ē: cū nūq̄ sit infozmis. g vī q̄ nō dilexerūt deū plusq̄ se. ¶ P. scm Bernardū nā semp in se curua ē sed dilectio angelorum in pzio statu nō fuit nisi ex pncipio nāli: ergo tota in amātē reflectebatur: vt qcqd diligerēt āgeli pp seipsos diligerēt: ⁊ ita nō deū supra se diligebāt. ¶ P. Aui. dicit in sua metaph. q̄ nulla actio alicui⁹ nāe ē liberalis nisi solius dei ex B q̄ oēm actionem aliā segit aliq̄ modū ipsius agētis: sed dilectio qua aligs deum sup se diligit: ē maxie liberalis. g vī q̄ B non possit alicui ꝓuenire nisi p gra. ¶ P. vnūquodq⁹ nāliter appetit acquirere suū finē: sz oē qō desideratur ab aliquo vt sibi acquirēdū pp se: ⁊ min⁹ se diligit. cū g angeli in statu nāliū deū sic suū finē dilexerit: vī q̄ eū sup se nō dilexerunt.

¶ P. scm Diony. bona nālia in angelis remanent ēt post pctm. sz cōstat q̄ peccator homo vel angelus non diligit deū sup oia. g vī q̄ nec in statu naturalium.

**Sed contra** oīs dilectio aut ē vsus: aut fruitiōis. si g angeli diligebāt deū in statu innocētie: aut vt vtētes: aut vt fruētes. Si vt vtētes. g vtebātur re fruēda: qō ē magne peruersitatis scm Aug. ⁊ ita eēt dilectio peccati ⁊ nō nālis: si vt fruētes. g deū ꝓpter seipsum diligebant: quia frui est amore inhereā alicui rei propter seipsam. ¶ Preterea. deum esse super omnia diligendum cum sit legis naturalis scriptum: erat in mente angeli multo expressius q̄s in mente hominis: sed non contingit sine peccato facere contra id quod per naturalem legem cordi inditum est: ergo et si deum super oia non diligebant peccabāt. q̄s diu ergo sine peccato fuerūt deum super oia dilexerunt.

**Respondeo** dicendum q̄ circa hoc ē duplex opinio: quidaz enim distinguūt dilectionem cōcupiscētie ⁊ amicitie: que duo si diligenter cōsideremus: dīnt scm duos actus voluntatis scilz appetere quod est rei non habite et amare: quod est rei habite scm Augustinum. est ergo dilectio concupiscentie qua quis aliquid desiderat ad concupiscenduz: quod est sibi bonū scōm aliquē modū: ⁊ tali dilectiōe angeli i statu nāliū deū pl⁹ q̄s se diligebāt vehemēti⁹ appetēdo bonū diuinū q̄s suū: qz B erat eis delectabili⁹. vñ totā hāc dilectionē i seipsos retorq̄bāt. Dilectio āt amicitie est q̄ aligs alicui quid vl silitudinē ei⁹ qō i se bz amat in altero volēs bonū ei⁹ ad quē silitudinē bz: ⁊ pp B pbs dicit q̄ ē sile simili amari: sic vn⁹ virtuosus aliū diligit: i qb⁹ tñ ē vera amicitia. ⁊ tali dilectiōe angeli quodāmō diligebāt deum supra se: qz ei mai⁹ bonū q̄s sibi optabant. s. ee deū qō sibi nō volebāt: sz aliqō min⁹ bonū. sz tñ itēsi⁹ sibi volebāt bonū creatū q̄s bonū dīnū. ¶ Sz ista rūsio nō pōt stare: oz enim pōere āgelos ad deū būisse dilectōez amicitie: cū sz bōa nālia silitudo dīna i eis resplēderet: B āt ē de rōne amicitie: q̄ q̄uis bēat dilectiōes ⁊ vtilitates ānexas: nō tñ ad has ocls amāt respicit: sz ad bonū amatū. g i corde amātis ꝓpōderat bonū amatū oīb⁹ vtilitatib⁹ vel dilectioni b⁹ q̄ sequūt ex amato. Sz nullū bonū erat i angelo qō nō eēt ex ipso amato. s. deo. g pl⁹ diligebāt bonū amatuz dīnū q̄s bonū qō ipi erāt vl qō i eis erat: ⁊ B ē alia opinio

**Ad primum** g dōm q̄ act⁹ charitatis pt dici dupl'r. vl q̄ ē ex charitate: ⁊ B nō ē nisi i habēte charitatē: vl q̄ ē ad charitatē: nō sic meritoz⁹ vl gratiu⁹: sz sic ꝓparatiu⁹: ⁊ sic act⁹ charitatis añ charitatē bitā bri pōt. sic facere iusta ē añ bitū iusticie: vl pt dici q̄ in amicitia charitatis mouet anim⁹ ad amādū deum ex silitudine gre: sz i dilectiōe nāli ex ipo bono nāe qō ēt ē similitudo ⁊ sume bonitatis: ⁊ pp B dōs q̄ cū dī q̄ habēs charitatē diligit deū pp seipz: ly pp denotat bitudinē finis ⁊ efficiētis: qz ipe de⁹ supaddit nāe. vñ i ei⁹ dilectiōe tēdit. sz cū dī de carēte charitate: q̄ diligit deū pp seipz: ly pp denotat bitudinē finis ⁊ nō efficiētis. pmi nisi sic de⁹ i oi nā opante opaī. ¶ Ad 2m dōs q̄ nā i se curua dī qz sp diligit bonū suū: nō tñ oz q̄ i B gescat itētio qō suū ē. sz i B qō bonū ē: nisi. n. sibi eēt bonū aliq̄ mō vl scōs veritatē vl apparētiā nūq̄ ipz amaret: nō tñ pp B amat: qz suū ē: sz qz bonū ē. bonū eni ē p se ob volūtatis. ¶ Ad 3m dōm q̄ q̄uis cuilibet nāe create agenti ex sua actione ꝓueniat aliq̄ modū: nō tñ oz q̄ illud modū sit intentū: sic pz in amicitia bonestoz. ¶ Ad q̄rtū dōm q̄ finis ē duplex. quidā ꝓportionat⁹ rei receptus in ipa vt perfectio inherens sibi sicut sanitas in opatiōib⁹ medicine: et qz iste finis nō ē scōm ee nisi in eo cui acquiritur. iō absolute nō amatur ab aliquo supra se. sed se ee sub tali perfectione amatur supra se ee simplr: sed est quidā finis per se subsistēs nō dependēs scm ee a re que ē ad finē: ⁊ iste finis desiderat quidē acgri: sed amatur supra id quod acgritum ē ab illo: ⁊ talis finis ē deus vt supra dctm est.

¶ Ad 5m dōm q̄ bōa nālia ꝓput i ee nature absolute ꝓsiderāta remanēt integra: post pctm tñ peruertūt q̄ntū ad rectū ordinē quē bēbant in gra vel virtute: ⁊ banc rectitudinem cōsequebatur sup oia deū diligere.

¶ Expositio textus.

**Hic queri** solet ⁊c. Ponit hic duplex angelorum cognitio: vna speculatiua qua cognoscebant deū seipsos: ⁊ alias creaturas. Et alia practica sequēs eorū operationē q̄ ad eos ptinebāt q̄ cognoscebāt qd eligere ⁊ respuere deberent. ⁊ hec erat sil'is cognitio in prudentie in nobis.

¶ An pfectos ⁊ bonos creauit de⁹ angelos: an miseros ⁊ impfectos. ¶ Bi. IIII.

**Post** hec videndū ē vtr pfectos ⁊ beatos creauit de⁹ angelos: an miseros ⁊ impfectos. Ad qō dici pt q̄ nec i bitudine nec in mixtia creati sūt. Miseri. n. añ pctm ee nō potuerūt: qz ex pctō miseria ē. nā si nō fuisset peccatū nulla eēt miseria. Bti quoq⁹ nōdū fuerūt illi q̄ ceciderūt: qz sui euēt⁹ ignari fuerūt. i. pcti ⁊ supplicij futuri. Si. n. lapsū suū pscierūt: aut vitare voluerūt: sz nō potuerūt: ⁊ ita erāt miseri: aut potuerunt: sz noluerunt: ⁊ ita erāt stulti ⁊ maligni. Joq⁹ dicim⁹: qz nō erāt pscij euēt⁹ sui nec eis data ē cognitio eoz q̄ futura erāt super eos. Boni vo ⁊ q̄ pstiterūt: forte sue batitudinis pscij fuerūt. Añ aug. sup Genesi. Quo ingt btūs iter āgelos fuit: q futuri pcti atq⁹ supplicij pscius nō fuit. Queri āt: cur nō fuerit: forte de⁹ diabolo reuelare noluit qd facturꝰ vl passurꝰ eēt. Ceteris vo reuelare voluit q̄ i veritate māsuri eēnt. His vbis vī Aug. significare q̄ angeli q cozruerūt nō fuerunt pscij sui casus ideoq⁹ bri nō fuerūt: ⁊ q̄ āgeli q pstiterunt bitudinē sibi affuturā pscierūt: atq⁹ ō ea certi i spe extiterūt: vñ quodāmō iā bri erāt: ⁊ re vera si ita fuisset: posset dici illos aliquo mō fuisse beatos: alios vo q nescierūt euētū suum non.

¶ Qz opinando hec dixerit: nō asserēdo. s. q̄ angeli q pstiterūt pscij fuerint sui boni.

**Sed** hec magis opinādo ⁊ q̄rēdo dicē Aug. q̄s asserēdo. Añ ⁊ huic opinioni opponēs ꝓsiter subdit. Sz quare discernebāt illi a ceteris: vt de⁹ istis que ad ipos ptinerēt nō reuelaret: alijs vo reuelaret: cū nō pri⁹ sit ipe vltoz q̄s aligs peccatoz: nō eni dānat de⁹ inocētes. Hic vī inuere q̄ ñ peccaturis futuꝝ malū: nec prmāsuris futuꝝ bonū reuelauerit. Joq⁹ nec illi q̄ ceciderūt vnq̄z: nec illi q̄ pstiterūt vsq⁹ ad ꝓsumatiōem bti fuerūt: qz bti nō poterāt ee: si ō britudie certi nō erāt: vl si dānatiōis icerti erāt. Añ augu. in eodem. Dicere ingt de angelis q̄ in suo gne beati esse pñt: dānatiōis vl salutis icerti: q̄bus nec spes eēt q̄ mutādi eēnt i meli⁹: nimia psumptio ē. quo. n. beati ee pñt q̄bus ē icerta sua britudo.

¶ Sūma colligit pdcoz: ꝓfirmās oēs angelos añ ꝓfirmatiōem vel lapsū nō fuisse beatos nisi quis beatitudinem accipiat illum statuz innocentie in quo fuerunt añ casum.

**His** predcis ꝓsequit q̄ āgeli q cozruerunt nunq̄z beati fuerūt nisi britudinē aliq⁹ accipiat illū statū innocētie i quo fuerūt añ pctm. Illi vo q pstiterūt: aut suā beatitudinē futurā deo reuelāte pscierunt: ⁊ ita spei certitudine aliquo modo beati fuerunt vel incerti extiterūt sue beatitudinis: ⁊ ita alr beati non fuerunt q̄s reliqui qui ceciderūt. mihi āt q̄ posteri⁹ dctm ē ꝓbabilius vī.

¶ Rūsio ad id qō q̄rebatur: an angeli essēt cre-

ati pfecti: an iperfecti: ⁊ dī q perfecti fuerunt ſm aliquid: ⁊ impfecti ſm aliquid.

AD hoc ãt qđ querebaſ vtr pfectiv̄ impfecti fuerīt creati: dici ꝓt q quo dã modo pfecti fuerũt: ⁊ quodã alio modo iperfecti. Non enim vno mõ dī aliqđ perfectum: ſed pluribus.

¶ Quib⁹ modis dī perfcm̃. ſcõz temp⁹: ſm nām: ⁊ vl̄r perfectum.

DIcit nãq perfcm̃ trib⁹ modis. Est eni pfcm̃ ſm tp̃s: ⁊ ẽt perfcm̃ ſz nãz ⁊ ẽt perfcm̃ vl̄r. Scõm tẽpus perfectum ẽ quod hz quicquid tp̃s requirit: ⁊ conuenit ſm tẽpus hẽri: ⁊ hoc modo angeli erant pfecti añ confirmationem vl̄ lapſuz Scõm nām perfcm̃ ẽ quod hz quicquid debitum eſt vel expedit nature ſue ad glorificationem: ⁊ hoc modo perfecti fuerũt angeli poſt confirmationem: ⁊ erunt ſancti poſt reſurrectionẽ. Vl̄r ⁊ ſũme perfcm̃ eſt: cui nihil vnq̃ deeſt: ⁊ a quo vniuerſa prouenīũt bona: quod eſt ſolius dei. Prima igit perfectio ẽ nãe ꝑdite: ſcõa nãe gl̃ificate: ⁊ tertia nãe increate.

¶ Predcã tangit breuiter addens quales fuerunt angeli in conuerſione ⁊ auerſione.

QUales fuerunt angeli i creatiõe oſtẽſum eſt: boni. ſ. ⁊ non mali. ⁊ iuſti. i. inocentes: ⁊ perfecti quodãmodo: alio vero imperfecti: beati vero non fuerunt vſq̃ ad confirmationem: niſi beatitudo accipiatur: vt iam dictum eſt: ille ſtat⁹ inocentie ⁊ bonitatis in quo conditi ſunt.

¶ Diuiſio textus.

STẽſo quales fuerũt angeli in ꝑncipio ſue creationis quãtũ ad nãm ⁊ quãtũ ad culpã ⁊ innocẽtiã hic inquirit quales fuerũt quãtũ ad glozią ⁊ miſeriã. Et diuidit i ptes tres. In pria mouet qõnẽ. In ſcõa determinat eã ibi (Ad qõ dici ꝓt ⁊c.) In 3ª epilogat ea q̃ dixerat ibi (Quales fuerũt ãgeli ⁊c) Scõa ps diuidit ſm duas ſm duas qõnes propoſitas. ibi (Quaꝝ prio q̃rebat de beatitudine.) in ſcõa de pfectiõe bñitudini ãnexa quã ibi determiat. (Ad hoc aũt qđ querebatur.) ¶ Circa primũ tria facit. primo determiat q̃ſtionem quantum ad malos. ſcõo quãtum ad bonos. ibi (Boni vero qui perſtiterunt) tertio ſolutionis veritatẽ poſt inquiſitionẽz colligit ibi (Ex predictis conſeq̃ ⁊c)

¶ Circa ſcõm duo facit. primo põit quãdã viã per quam vī angelos bonos beatos creatos. ſcõo excludit eam: ibi (Sed hec magis opinando ⁊c. Qõ I.

HIc tria queruntur. prio vtr ãgeli i ꝑncipio ſue creationis beati fuerunt vel miſeri. ſecũdo ſi non. vtrum beatitudinem ſuam vl̄ miſeriam preſciuerunt. tertio vtrum perfecti gratia creati ſunt.

¶ Utruz angeli ſint creati beati. I.

AD primum proceditur ſic. videſ q ãgeli creati ſint beati. primo per Aug. in libro de eccliaſticis dogmatibus. qui dicit q angeli qui in illa ī qua ſunt creati beatitudine perſeuerãt non natura: ſed gratia preſidẽt: vt nõ mutãtur: ſed ãgeli boni ō q⁹ loquitur perſeuerãt in beatitudinem perfecte glorie. ergo videtur q in illa creati ſint. ¶ Preterea. tota ſubſtantia beatitudinis cõſiſtit in dei viſione: vnde dicitur Jo. 16. Hec ẽ vita eterna ⁊c. ſed angeli in ꝑncipio ſue creationis deum viderunt. alꝫ in verbo creaturas nõ cognouiſſent cognitione matutina: quã Augu. ponit. ergo videtur q beati creati ſunt. ¶ Preterea. ſupra dictuz ẽ q angeli in principio ſue creatõis aliquã cognitionez de deo habuerunt: non ãt cognouerũt in ſpeculo ⁊ enigmate ſicut nos modo: vt dicitur prime Cor. 13. Quia obſcuritas enigmatis eſt rationis obumbrate per continuuz tẽpus inq̃ntum a ſenſibus ⁊ fantaſmatibus cognitionez ingrendo accipit. ergo cognouerunt per ſpeciẽ: ⁊ ita beati fuerunt. ¶ Preterea. venire de poſteriozibus in prioꝛa de cauſatis in cauſas: eſt virtutis inquirẽtis ⁊ cõferẽtis: ſed intellectus angelicus non eſt hõ: quinimmo deiformiter intelligit ſine inquiſitione ſicut nos prima principia: quozum eſt intellectus. ergo videtur q deum non ex creaturis cognouerunt: ſed ipſum in ſe: ⁊ ita viſionem glozioſam habuerunt.

Sed contra de ratione beatitudinis ẽ ſtatus confirmatio. vnde Boetius dicit. Quid me felicem totiens iactaſtis amici? Qui cecidit ſtabili non erat ille gradu. ſed angeli in principio ſue creatiõis non fuerunt confirmati omnes: qõ quozundã caſus oſtẽdit. nec etiam quidam alij non confirmatis: quia culpam non potuit precedere diſtinctio in carentia beneficiozum que a deo cõferebãtur. ergo videtur q non fuerunt creati beati in ꝑncipio ſue creatiõis. ¶ Preterea. ſimul boni angeli effecti ſunt beati: ⁊ mali angeli miſeri. q̃ videtur q cum mali angeli in principio ſue creatiõis nõ fuerint miſeri ſicut nec peccatozes: q nec boni in principio ſue creationis beati fuerũt.

Reſpondeo dicẽdum q beatitudo ſiue felicitas ẽ in perfectiſſima operatione habẽtis rationem ⁊ intellectuz: intellectus autem perfectiſſima operatio eſt in cõtemplatione altiſſimi intelligibil: qđ deus eſt. Unde tam dei q̃ angeli q̃ etiam hominis vltima felicitas ⁊ beatitudo dei cõtemplatio eſt: non ſolum ſcõm ſanctos: ſed etiam ſcõm philoſophos. hanc ãt operationem nõ eſt poſſibile equaliter in oĩbus inueniri. vnde beatitudo vniuſcuiuſq̃ conſiſtit inquãtuz hanc operationem attingit ſcõm modum ſue perfectionis. et ideo diuerſimode inuenitur in deo ⁊ in angelo ⁊ in homine ſcõm eozum naturalia conſideratis. Ipſe enim deus ſeipm per eẽntiam ſuam videt: ⁊ non per aliquam ſui ſimilitudinem: intellectus autem angeli naturali cognitione ipm videt per ſimilitudinem eius acquiſitam i ipo. Unde in libro de cauſis dicitur. q intelligentia ſcit qđ ẽ ſupra ſe inquãtum eſt creata ab eo. vnde ſilitudinem diuini eẽ pricipat ſm modũ ſuũ: ſz intell⁹ humanus nõ peruenit ad hãc viſionẽ naturali cognitione niſi per ſilitudines a creaturis receptam inquãtum per ea que fcã ſunt inuiſibilia cognoſcit. vt dicitur Ro. i. Et differt hic triplex viſio vt ſenſibiliter loquamur: ſicut ocl⁹ videt lucẽ exiſtẽtem in pupilla: nõ per aliquã ſpeciẽ eius: ⁊ hec eſt ſimilis viſiõi q̃ deus videt ſe. Sz viſio qua angelus videt deũ ẽ ſimilis viſiõi qua aliqs videt hoiem per ſimilitudinẽ imediate ab ipſo receptam: ſz viſio itellectus humani



qua deũ videt: ſimilis ẽ illi viſiõi qua aliqs hoiem videt intuẽdo ſpeculum ī quo hois imago reſultat: ⁊ pp hoc dicũtur ī ſpeculo videre. i. coz. 13. ⁊ i hac beatitudine viſiõis dine: q̃ näliter angelis debeť: angeli creati fũr: ⁊ hec ẽ pfectio eoꝝ ſm tẽpus illud. Sed ẽ alia pfectio i qua p nãz ſuam nõ poſſũt deuenire. cuius tamẽ capaces ſũt. vt. ſ. ipſuz in eẽntia ſua videãt nõ per aliquã ſilitudinẽ receptã vt eoꝝ beatitudo dine btitudini ſit ꝓformis: ⁊ i hac btitudine creati nõ fũt: ſz ad eã alijs cadẽtibus peruenerũt.

Ad primũ dõz. q Aug. noĩat beatitudinẽ illã viſionẽ dei nãlem: p quã tamẽ nõ erãt beati ſimplr: cũ maiozis pfectiõis capaces eẽnt: ſz ſm qd. ſ. ſcõz tẽpus illud: ſicut ⁊ pbs ī pmo ethicozũ dicit aliquos i hac vita beatos nõ ſimplr: ſz vt hoies. ¶ Ad 2m dõz. q viderũt verbũ p ſilitudinẽ vbi i eis ꝑſſam: nõ tamẽ in hoc ẽ vltima coꝝ beatitudo. vt dcm̃ eſt. ¶ Ad 3m dõz. q nõ pro prie dr̃ illa cognitio ſpecularis: ſicut hõ nõ dicit̃ videre in ſpeculo illud cuius ſilitudo ī oculo ſuo relingtur: niſi ipſe oculus ſpeculũ diceret i quo ſpẽs rei reſultat: nec tamẽ eſt viſio beata. vt dictũ eſt. ¶ Ad 4.m dõz. q vtutis cognoſcitiue ẽ vna cõuerſio in ſpẽm rei ⁊ in rẽ ipaz. vnde ex hoc q aliqs per ſpeciẽ rei quã apud ſe habet: rẽ illã cognoſcit: nõ dicitur cõferre: ſed ex eo q ex ſimilitudine vnius rei aliã rem accipit: ⁊ ita patet q nõ oportet itellectum angeli ponere collatiuum ⁊ inquiſitiuum.

¶ Utꝝ angeli ꝑſciuerint ſuã miſeriã vel btitudinẽ. II.

AD ſecũduz ſic ꝓcedit̃. videť q angeli ſuã miſeriã vel btitudinẽ ꝑſciuerũt: ſicut. n. angeli: ita ⁊ hois miſeria eſt p petrm: ſz hoi ſuũ petrñ qñq̃ ꝑnunciaſ: ſic dñs Petro futurꝝ peccatũ predixit: vt legitur Matbei. 26. ergo vī q etiã angelis ſuũ caſum ꝑnunciare debuerit. ¶ P. Bernardus de gradibus hũilitatis dicit q diabolus ꝑuidit ſe ſup malos ꝑncipatuz habituꝝ: pp hoc ī latere aglonis ſoliũ ſuũ ponere volebat. vt dr̃ Eſaie. 14. ſz nõ eſt fact⁹ ꝑnceps malorꝝ niſi p peccatũ. ergo vī q peccatũ ſuũ preſciuerit. ¶ P. ante petrñ nullius doloz vl̄ pena ꝑceſſit in angelis: ſed eẽ icertũ de ſua ſalute ẽ ſanctis magna cã dolozis. vt dicit Hzegozius ſup illõ Job. 3. viro cuius abſcondita ẽ via ⁊c. Ergo videť q boni angeli certi fuerũt de ſua ſalute: ⁊ ita etiã mali de ſuo caſu. ¶ P. q̃to aliqđ eſt magis remotũ a cognoſcẽte tanto minus ſubiacet cognitiõi eius: ſz magis diſtãt ab angelis ea quoꝝ ipſi nõ ſunt cauſe: ſicut res nãles quaꝝ tam cognitionẽ habebãt. q̃ motus li. arbitrij: q̃bus ſunt ꝑuerſi vl̄ auerſi: quoꝝ ipſi ſũt cauſe. ergo ſuã ꝑuerſionẽ ⁊ auerſionẽ ꝑſciuerũt.

Sz contra quicũq̃ eſt certus ō malo futuro nõ põt ſimul ſperare bonũ cõtrariuz: ſi ergo angeli qui eciderũt ꝑſciuiſſent ſuũ caſum oportebat eos ō ſperare de beatitudine aſpiciẽda. ergo fuiſſent deſperati anteq̃ peccaſſent: qđ eſt inconueniẽs. ¶ P. oẽ quod quis appꝛehẽdit: oportet q ſit vl̄ cõueniẽs ſue volũtati vel diſcordãs: ſed malũ culpe nõ poteſt eẽ ꝓcordãs volũtati peccantis ſine peccato: nec põt aliquid cognitũ diſcordare a volũtate ſine doloꝛe ⁊ pena: ergo ſi caſum ſuũ ꝑſciuerunt oportet q pena vel culpa in eis precederet primaz culpã:

Reſpondeo qđ eſt impoſſibile.

dõm q aliqđ poteſt ꝓcognoſci dupl̄r vel cognitiõe certa: ſicut ea que habẽt cauſas determinatas ifallibiles: vt ſolẽ oziri cras: vel cognitiõe cõiecturali: ſicut ea que habẽt cauſas determinatas vt in maiozi parte: ſicut medicus ꝓcognoſcit ſanitatẽ futurã ⁊ nauta tẽpeſtatẽ: cũ ergo caſus ⁊ ꝯfirmatio angelorꝝ dependeant ex libero arbitrio: qđ nõ eſt cauſa determinata ad vnũ nõ potuit eoꝝ ꝓcognitio haberi ſcõm certitudinẽ niſi a deo qui ꝑſentialiter oĩa ĩruetur: ſz tamẽ ſm ꝓiecturã poterãt preſumere oẽs ſe habituros bñitudinẽ: q̃ ad hoc eozum natura erat magis iclinata velut ad hoc iſtituta: ſz ſuuz caſum ꝑſcire nõ poterãt ex ſeipſis: nec p ꝓiecturã: nec p certitudinẽ: ſz tãtuz potẽtiaz cadẽdi: nec etiã fuit cõgruũ a deo eis reuelari: ne pena culpã ꝓcederet: nec iterꝝ bonis ſuã cõfirmatiõez: ne diſtinctio culpã ꝓcederet. vt in lra dicitur. Si tamẽ vtriſq̃ reuelatũ fuiſſet recepiſſent id nõ ſcõz certitudinẽ ꝑut ī deo erat: ſz ſcõz modũ ſuũ q̃ſi ad cautelã dcm̃.

Ad primuz ergo dõz. q Petrus etiã dñi ꝓnũciationẽ accepit nõ p certitudinẽ: ſz ad cominationẽ dictã. ¶ P. nõ eſt ſimile de hoĩe ⁊ de angelo: q hõ cadit reparabil̄r: vñ deſperare nõ cogit ex ſciẽtia ſui caſus: ſic angelus eius caſus ẽ irreparabilis. ¶ Ad 2m dicẽduz. q quãdo ad aliqđ conſequẽs poteſt p multa diuerſe antecedẽtia veniri cõtingit cõſequens ſcire ſine hoc q añs determinate ſciať: ſicut Joſeph ꝑuidit ſuũ dñium ſuper fratres: nõ tamẽ vẽditionẽ ⁊ alia ex q⁹bus dñium cõſecutus ẽ: ita ⁊ demõ potuit ꝑuidere ſuũ ꝑncipatũ ſuper malos ſine hoc q caſuz ꝑſciret: q̃ poterat malozuz princeps eſſe etiã bonus exiſtẽs. ¶ Ad 3m dõm. q illa ꝓiecturalis cognitio p quã de ſua bonitate ꝑſumebãt oẽm dubitationẽ ⁊ anxietatẽ ab eis auferebat cũ hoc q nõ erat i eis aliq̃d ad caſum trabẽs: ſicut in nobis. ¶ Ad quartũ dõm. q effectus nãlis qui nõ habẽt cauſas determinatas ad vnũ ꝓſcire nõ poterãt ī cauſis ſuis: ſed tãtuz illa q̃ ex cauſis nãlibus determinatis ad vnuz ꝓcedũt: ⁊ ita in ſeipſis cognoſcebãt ea que in natura eozum determinata erãt: non autẽ illa que ex lib. arbi. dependebãt. vt dictum eſt.

¶ Utꝝ angeli creati fuerit in gr̃a. III.

AD tertiũ ſic procedit̃. videť q angeli nõ ſint creati i gr̃a: ſicut enim dicit Aug. per celũ qđ ꝑmo creatũ cõmemoratur datur ītelligi i formis nã ſpũalis: ſicut ſe poteſt exiſtere nõ cõuerſa ad creatorez: ſed hec cõuerſio per gratiã fit. ergo videť q angelica nã creata eſt iformis ſine gratia. ¶ P. ſicut ſupra i littera habitũ eſt per ea que angeli i ꝑncipio creatõis acceperũt poterãt ſtare: ſed nõ poterãt ꝓficere: ſed p gratiã põt aliqs mereri gratie augmẽtuz: ⁊ ita ꝓficere: ergo nõ fuerũt ī gratia creati. ¶ P. Aug. dicit ⁊ ſupra habitũ eſt: q diabolus cõtinuo vt factus ẽ nõ cecidit ab eo qđ accepit: ſz qđ acciperet ſi deo ſubdi voluiſſet: cecidit aũt a gratia: ergo gr̃am nõduz acceperat. ¶ P. ſm Aug. p lucẽ primo creatam ſignificať gratia angelorꝝ: ſed q̃ cito facta eſt lux diuiſa ẽ a tenebꝛis: p quas ītelligũtur angeli peccãtes: cũ ergo nullus angelus fuerat tenebꝛa p peccatuz i ꝑncipio ſue creatiõis: videť q nec etiã fuerũt lux p gratiaz. ¶ P. cum in ꝑncipio creatiõis nõ fuerit diſtinctio ī angelis quãtuz ad gratiã ⁊ culpã: ſi aliqui in gratia fuerint creati: oẽs in gr̃a creati fuiſſent: ſz illi qui eciderũt nũquã i gratia fuerũt: q̃ cum nõ fuiſſet in eis aliquid retrabẽs impetum gratie ſecuti fuiſſent dirigentis in deum. ergo videtur q nullus in gratia creatus ſit.

Sed contra Augu. dicit q deus ſimul erat cõdẽs naturã ⁊ largiẽs gratiaz. ergo i ꝑncipio creatiõis gratiam habuerũt. ¶ P. ſupra illud Oſee tertio. Dilexerũt vinacia vuarum dicit glo. q demones i magna piguedine ſancti ſpiritus creati fũt: qua p peccatũ ſunt ꝑuati: ſz pinguedo. ſ. ſpũs eſt gratia. ergo i gratia creati fũt. ¶ P. ad diuinam liberalitatẽ pertinet vt gratiam ifundat oĩbus qui ſũt capaces gratie niſi i eis aliquid reſiſtens ĩueniať multo amplius q̃ cuilibet materie diſpoſite formã naturalez tribuat: ſed angeli in ꝑncipio ſue creatiõis motũ lib. arbi. habuerũt nec aliquid i eis impediẽs fuit. ergo videtur q

statim in eis gratiā infudit. ¶ P. gratiā per nālia nullus mereri potuit: per que tamē ad eam se ꝑparare potest: sed ꝑparatio ad gratiam potest esse etiā per vnum motum liberi arbitrij: sicut ꝓz ī cōtritiōe. ergo videt ꝙ cū motū li. arbi. habuerint ī ꝓncipio creatiōis sue ꝙ ꝓ nihilo differtur gratie collatio. ⁊ ita vī ꝙ statim gratiaz habuerūt.

**Respōdeo** dōm ꝙ circa hoc est duplex opinio: quidam enīz dicūt ꝙ angeli nō in gratia: ſz in nālibus tātum creati sūt: ⁊ hec opinio ē cōmunioz. Alij vero dicūt angelos ī gratia creatos eē: haruz autē opinionū q̄ verioz sit nō potest efficaci rōne deprehēdi: eo ꝙ creaturarum ꝓncipiū ex simplici creatoris volūtate dependet quā rōnē inuestigare ipossibile est: tamē ſm cōuenientiam ad alia eius opera pōt vna pars alia ꝓbabilius sustineri. Illa enīz opinio q̄ ponit angelos in nālibus tātuz creatos cōsonat illi opinioni q̄ ponit oia simul in mā: nō autez per ſpecies distinctas creata: q̄ sicut se habet mā ifozmis ad fozmas cozporales: ita nā angelica ad gratiā. Illa autem opinio q̄ ponit angelos in gratia creatos magis cōsonat illi opinioni: que ponit oia in exordio creatiōis per ſpecies distincta: q̄ opinio mihi magis placet absq; alterius partis ꝓiudicio: q̄ huic positiōi ꝑcipue quātū ad gr̄az angelorum plures sanctoꝝ auctoritates cōsonare videtur.

**Ad ꝓmum** ergo dicēduz ꝙ ſm Augustinū ī illa distinctiōe operū q̄ ī ꝓncipio Gene. memoratur: nō designatur successio tēporis: sed ordo nature tātuz. ſm ꝙ in via generatiōis est impfectū ante perfectū ⁊ in codē potētia ante actuz. quānis actus simpliciter ꝓcedat potētiaz. ¶ Ad secūdum dicēdum. ꝙ dicuntur angeli nō potuisse ꝓficere: nō q̄ mereri nō poterāt: sed quia ꝑ suam virtutē in gloriā trāsferri nō poterāt: nisi ampliozi lumine ifuso. ¶ Ad tertiū dicēduz. ꝙ oportet dicere angelos qui peccauerūt ab aliquo q̄ habuerūt cecidisse: siue ī gratia creati fuerint siue nō saltem ab innocentia vel rectitudine naturali: ⁊ ideo hoc q̄ dicit: ꝙ cecidit ab eo q̄ nōduz receperat: referēduz est ad casuz a gloria: q̄ patz ex hoc q̄ ꝓmittitur. Beate vite dulcedinē nō gustauit ⁊c. ¶ Ad quartū dicenduz. ꝙ sicut in diaphano est aliquid de natura lucis: licz impfecte. cōpletur autē quādo efficit lucidū in actu: ita etiā in ꝓncipio creatiōis angelorum erat ī eis aliqd de natura lucis vel gratie: vel saltē naturalis itellectus tātuz. vnde oportet vt per hoc q̄ dicitur fiat lux itelligat de luce ꝓfecta: que ē gloria: que nō ꝓtius bonis ifuit q̄z a malis diuisi cēnt: si tamē itelligatur celū factū ꝓtius tēpore ante lucē: si autē itelligat nō ꝓtius factū tempore: ſz natura. vt Augustinus exponit in ꝓmo sup Geneſiz: tūc potest itelligi de luce gratie: ⁊ ꝑ tenebras nō itelligit peccatū angelorum: sed ifozmitas cozporalis creature que fozmāda restabat: vt ipse in eodem exponit ¶ Ad quintū dicendū. ꝙ ex iclinatōe gratie in bonuz nō potest ꝯcludi ꝙ habēs gratiaz a bono diuerti nō possit ēt si nihil habeat retrahēs: nisi sit ꝓfecta gratia que fini coniungat: qualis ē in beatis: quia habēs gratiā nō agit ex necessitate gratie: sicut nec necessitate nature q̄ in bonū etiā ordinata ē: sed ex libertate volūtatis. Qui autē aliaz opinionē sustinēt respondēt ad auctoritates exponētes gratiam nō ꝓ gratia gratū faciēte: sed ꝓ alia gratia gratis data: sicut ē ſpicacitas igeny vel aliquid huiusmodi ī hominibus: dicūt autē ad alias ratiōes ꝙ deus gratiā distulit vt ostēderetur ꝙ distat iter possibilitatē nature ⁊ gratie: vt sic creatura magis beneficium gratie acceptū brēt.

¶ Expositio textus.

**Quia sui** euentus ī grati fuerūt ⁊c. Est. n. de ratiōe felicitatis vt felix ea que ad ipsum ꝓtinent nō ignoret: quānis non requirat ad eam omniū scientiaz habere. ¶ Uniuersaliter autē ⁊ sūme ꝓfectum est ⁊c. Huic cōsonat q̄ philosophus dicit in quinto metaphysice: illud eē simpliciter pfectum q̄ habet in se omnes perfectiōes que in generibus rerum inueniuntur: ⁊ hanc perfectionem ibidem Cōmentator dicit esse in deo.

¶ De confirmatione ⁊ conuersione stātium ⁊ auersiōe ⁊ lapsu cadētiū. ¶ Distin. V.

**Post** hec consideratio adducit inquirere quales effecti sūt dum diuiderentur auersiōe ⁊ cōuersiōe. Post creationē nāq; mox quidaz cōuersi sunt ad creatorē: quidā auersi. Cōuerti ad deuz fuit ei charitate adherere: auerti odio habere vel iuidere. Inuidie nāq; mater ē supbia: q̄ voluerūt se parificare deo: ī ꝑuersis q̄si ī speculo relucere cepit dei sapiētia q̄ illuminati sūt: auersi vero excecati sūt. Et illi qdez cōuersi sūt ⁊ illumiati a deo gratia apposita. Isti vero sūt excecati nō imissione malicie: ſz ex desertiōe gratie: a qua deserti sūt. nō ita ꝙ ꝓ debita subtraberet: sed q̄ nūquā ē apposita vt cōuerterent. hec est ergo cōuersio ⁊ auersio: qua diuisi sūt qui natura boni erāt: vt sint alij supra illud bonū q̄ habebāt per iustitiā boni: alij illo corrupto per culpam mali: conuersio iustos fecit: ⁊ auersio iniustos: vtraq; fuit volūtatis: ⁊ voluntas vtriq; libertatis.

¶ De libero arbi. breuiter tangit qd decēs sit.

**Respondeo** dõm q̃ materia p̃ma dr duplr. vel ita q̃ p̃mũ importet ordinẽ nature: vl ita q̃ importet ordinẽ temporis fm q̃ importat ordinẽ nature materia p̃ma est illud in quo vltimo stat resolutio corporũ nãlium: qõ ops esse absq; oi forma: qz omne subiectũ qõ bz formã est diuisibile i formaz ꝛ subm formẽ: ꝛ ideo qz ois cognitio est per formã: hec mã p̃ma est scibilis: vt dicit phs in p̃mo physic. fm analogiã tm̃: ꝓut dicimus illõ eẽ mãm p̃mã: qõ ita se bz ad oĩa corpora: sicut se bz lignũ ad lectum: ꝛ q̃uis mã p̃ma sic accepta nõ habeat aliquã formã partẽ eẽntie sue: nunq̃ tamen diuidit ab oi forma: vt ꝓbat Auic. in sua metaphisica: imo quãdo amittit vnam formã acquirit aliam fm q̃ corruptio vnius est generatio alterius. ꝛ iõ materia p̃ma sic accepta nõ potuit eẽ duratiõe ante corpora ex ea formata. Alio mõ dr mã p̃ma fm q̃ p̃mũ importat ordinẽ tẽporis: illud. s. qõd duratiõe ꝑcessit ordinatã disꝓsitionẽ partiũ mũdi: q̃lis nũc cernit fm eos qui ponũt mundum nõ semper fuisse: nec a p̃ncipio creatiõis omnia distincta foze: ꝛ sic accipiendo p̃imam materiam: oportuit eam habere aliquam formam. Sed circa hoc antiqui philosophi diuersificati sunt. quidam enim posuerunt eam esse totam sub vna forma: ponẽtes vnum elementorum omniuz p̃mam mãm eẽ vel aliquid iter ea. ꝛ ex isto oĩa generari cõstituunt densitate ꝛ raritate. ¶ Alij vero posuerũt eaz sub pluribus formis: nõ tamẽ ordinatis adinuicẽ: fz quadã confusiõe permixtis que creatoris operatiõe ad ordinẽ ꝛ distinctionẽ reducte sunt: ꝛ B tñ diuersimode posuerunt: vt phs narrat: qõ ad presens nõ ꝓtinet. ꝛ he oẽs positiones a philosopho sufficiẽter ipzobate sunt. Moderni etiã in has duas vias diuiduntur. quidam enim ponũt materiam illam p̃mam totam sub vna forma creataz: sed ne in antiquũ errorem labi videanr: ponũt illam formã nõ esse vnũ quatuor elemẽtorꝝ: sed aliquid qõ se bz in via ad eas: vt imꝑfectum ad ꝑfectũ: sicut forma embryonis se bz ad aĩal ꝑfectũ: sed hoc nõ potest fimiliter dici in elemẽtis: qz fm cõmentatorẽ in ii°. metaphysice. p̃ima habilitas que est in materia est ad formã elemẽti. vnde nõ inuenitur aliqua forma media inter materiam p̃imam ꝛ formaz elemẽti: sicut iueniuntur multa media iter materiam p̃mam ꝛ formaz aĩalis: quarũ vna alteri succedit quousq; ad vltimam ꝑfectionẽ veniat: itermedys multis generatiõibus ꝛ corruptiõibus: vt Aui. dicit. ¶ Et ꝓterea cum tunc naturalia p̃ncipia instituta fuerint: oportueret etiã nũc in naturali elemẽto ꝝ generatione aduertere aliam formam ante formã elemẽti: qõ est cõtra sensum: nisi forte dicatur fm positionẽ libri fontis vite: esse vnã p̃mã formã: ꝛ sic in mã ꝑmo iductam foze formaz corporalẽ cõmunẽ: ꝛ postmoduz formas spãles distinctas. Sz hãc positionẽ Auic. improbat: qz omnis forma substantialis dat eẽ completum in genere subẽ. quicqd autẽ aduenit postq̃ res est in actu est accidẽs. est enim subõ qõ dicit ens in se completũ. vñ oporteret oes alias formas nãles eẽ accidẽtia: ꝛ sic rediret antiquⁿ error q̃ gnãtio eẽt idẽ qõ alteratio. vñ ipse vult q̃ ab eadẽ forma per essentiã: ignis sit ignis ꝛ corpus ꝛ substãtia. ꝛ ideo tenẽdo viaz aliorꝝ sanctorum: qui ponunt successioñem in operibus sex dieruz: videtur mihi dicẽduz q̃ p̃ma materia fuit creata sub pluribus formis substãtialibus: ꝛ q̃ oẽs forme substãtiales partium essentialiuz mũdi in p̃ncipio creatiõis ꝓducte sunt. ꝛ hoc sacra scriptura ostendit que celum terram ꝛ aquam in p̃ncipio cõmemorat. ꝛ hoc etiam magister dicere videtur ponens in illa informi mã hoc terreum elemẽtũ in medio cõsistere: ꝛ aquas rariozes fuisse in moduz nebule supra extensas: fz dico q̃ virtutes actiue ꝛ passiue nõdũ in p̃ncipio partibus mũdi collate fuerãt. fm quas postmodũ distingui et ordinari dicũtur. ꝛ hoc eẽ possibile ꝑz si sustinere volumus opionem Auicẽ. qui ponit elemẽta in mixto remanere fm formas substãtiales q̃tum ad primum eẽ. trãsmutari autẽ q̃tum ad z^m: scilicet quantum ad qualitates actiuas ꝛ passiuas: est enim mixtio miscibilium alteratoruz vnio. vnde possibile est materiaz esse sub forma substãtiali sine hoc q̃ habeat qualitates actiuas ꝛ passiuas in sui complemẽto. ꝛ sic cũ eẽ p̃mũ nãlr ꝑcedat eẽ z^m: exꝑsius ẽ ordo nãe i successiõe tꝑis. duz res ꝑus fiunt i esse p̃mo q̃ ꝑficiant i esse scõo.

**Ad primum** g̃ dõm: q̃ illa materia p̃ma q̃ vna numero est in oĩbus elementis vt pars essentie eoꝝ: est oĩno informis in sua eẽntia cõsiderata: sed hoc nõ potuit elemẽta duratiõe ꝑcedere. vñ illa materia q̃ duratiõe ꝑcessit coꝑalis fuit nõ vna ꝑ vnitatẽ eẽntie: sed per similitudinem informitatis quãtuz ad formas secũdas. ¶ Ad scõm dicẽdum: q̃ cuz Augustinus nõ ponat ordinẽ duratiõis sed nature tãtum: fm ipm oportet dicere q̃ materia p̃ma est omnino informis. qõ non potest esse fm alioꝝ positionẽ sanctoruz. ¶ Ad tertiuz dicẽduz: q̃ nõ babebat



formam vnam: sed plures: non quidem formas corporum mixtoꝝ: quia he consequuntur virtutes actiuas ꝛ passiuas p̃ncipioruz mundi: ex quibus eẽntialr itegrat. Et per hoc patet responsio ad quartum.

¶ Utrum q̃tuor cocua ꝓueniẽter assignant. V.

D quintuz sic ꝓcedit. vr q̃ icõueniẽter assignent q̃tuor cocua s. celũ empyreũ: angelica nã: mã q̃tuor elꝑtes ꝛ tps: locus. n. ꝓsegit gnationẽ rez sic ꝛ tẽpus. sed de loco nulla fit mẽtio inter p̃ma creata. q̃ nec de tpe. ¶ P. tps est accidẽs qõdã. fz de alys accũtib⁹ nõ fit mẽtio: sed itelliguntr cũ suis subiectis creata. q̃ vr q̃ nec de tpe dz fieri. ¶ P. tps est mẽsura mot⁹ p̃imi mobilis sed p̃mũ mobile. s. firmamẽtũ factuz est z° die. q̃ tps in p̃n° creationis nõ fuit. ¶ P. supiorꝝ ꝛ iferiorꝝ corporꝝ nõ eadẽ est mã. sed in p̃n° creationis istituta est oĩuz corporꝝ mã. q̃ vr q̃ debeãt esse. v. s. celũ empyreuz: mã firmamẽti: mã q̃tuor elemẽtorꝝ ꝛc. ¶ P. in q̃lz sex diez dr dixit de⁹: fiat: vt ostẽdat op⁹ illius diei ꝑ vbũ factũ esse. cũ q̃ informis mã ꝑ verbũ facta sit. vr q̃ in eius creatione debeat dici: dixit deus fiat celũ ꝛ terra. ¶ P. q̃rit fz qd nũerus boꝝ sumat.

**Respondeo** dõz ad hoc vltimũ. p̃ q̃ ꝑ op⁹ creatõis istituta est tota creatura q̃tuz ad esse suũ informe. vñ que nõ pñt duci ad vnũ iforme p̃n^m qõ est mã: faciũt numerũ in opatõe creatõis. Suba. n. ꝛ accñs nõ reducunt in vnã mãz: qz accũtis ꝑs mã nõ est. ꝛ iõ nõ ꝓueniũt in mã ex qua: põt tñ dici aliq̃ mõ accñs cõuenire cum suba in mã in qua: fm q̃ accñs est in suba: ꝛ ideo illõ accñs qõ est sicut exꝑ mẽsurãdo denoians subẽ cõnumerat. s. tps. Silr suba spũalis ꝛ corpalis nõ reducunt in vnã mãz: cuz spũalia mã careãt: ꝛ ita cõnumerat angelus. Silr et corporum celestiũ ꝛ iferiorꝝ nõ est vna mã: ꝛ iõ numerat celũ ꝛ mã q̃tuor elꝑtoꝝ: ꝛ sic ops in creationis opere quatuor predicta cõnumerari.

**Ad primum** g̃ dõz. q̃ locus est supficies corpis locantis: ꝛ iõ creatio loci cũ creatõe corporalis nature itelligit. ¶ Ad z^m dõz. q̃ accñtia quedam denoiant illõ in quo sunt: sic albedo: ꝛ talia itelliguntr crea ta in creatione suoꝝ subꝝ. si sũt de illis q̃ eẽ p̃mũ ꝓsequũtur. vt figura ꝛ q̃titas ꝛ hꝫ: qdã aũt denoiant eẽt illud in q̃ nõ sunt vt in subto: sic locⁿ. Nõ. n. est locⁿ corpis cõtinẽtis in quo ẽ vt subiecto: fz corpis cõtẽti: ꝛ tps est nũerus oĩum motuũ: ꝛ si ꝑ ei⁹ in quo est: vt i subto. s. mot⁹ p̃imi mobilis q̃ quez oẽs alȳ numerant: vt in io° meta. dr: sed tñ alia est rõ de tpe: ꝛ de loco: qz locⁿ est idẽ q̃ eẽntiã: qõ supficies corpis locãtis: tps aũt nõ est idẽ nũero cũ aliq̃ accidẽte in suba fũdato. ¶ Et ꝓterea locⁿ totũ cõplemẽtũ suũ bz in re: fz tpis rõ aliquo mõ cõpleẽ ex actione aĩe nũerãtis. vñ magis bz rõnẽ extrinseci q̃ locⁿ: ꝛ iõ potius ꝓnũerat ꝑ creatis q̃ locⁿ: vel ali ꝺ aliqõ accñs. Et ꝑcipue hoc factũ puto ad remouẽdũ antiquũ errorẽ ꝑꝺoꝝ qui tps posuerũt eternũ ꝓter platonẽ. vt in 8° physicoꝝ dr. ¶ Ad 3^m dõz. q̃ mot⁹ celi icepit scõa die. fz nõ oĩa sic creata sunt. vñ non pót itelligi de tpe qõ est nũer⁹ mot⁹ p̃mi mobilis: fz os q̃ vel ꝑ tps significet euuz: vt qdam dicunt vel tempus large sumat ꝑ numero cuiuscũq; successionis: vt sic tps ꝑ creatũ dicat qõ mẽsurat ipsam creationẽ rez qua post non esse i esse res ꝓdierunt. ¶ Ad 4^m dõz. q̃ firmamẽtũ fm quosdã est de nã iferiorꝝ corpoꝝ: ꝛ sic mã eius itelligit in mã q̃tuor elꝑtoꝝ: ꝛ sic solũ celũ empyreũ erat alterius nature: ꝛ q̃nta eẽntia: sed si dicamus firmamẽtũ eẽ q̃ntã eẽntiã: tũc ꝑ celũ itelligit empireũ cclũ: ꝛ celũ cristallinũ ꝛ celũ sidereũ: sed q̃tũ ad nãz in formẽ boꝝ duoꝝ: celũ. n. empyreũ statim in sua creatõe vltimũ cõplemẽtũ habuit. ¶ Ad 5^m dõm. q̃ vbũ ꝑe loq̃ndo ipoztat rõnẽ forme exẽplaris ad creaturas ꝛ eo q̃ vbum

est ars. vt Aug. dicit. ꝛ ideo in senario dieruz vbi formatio creature narrat ꝓuenienter mẽtio de vbo fit. vbi aũt narrat ꝓductio informis materie filius ostẽdit causa vt ꝑn^m: ꝛ nõ vt vbum. vñ diuersimode vtrobiq; totius trinitatis causalitas ostẽdit. In creatione sigdem informis mãe desiderat ꝑ noie dei qui creauit: filius noie ꝓncipy: spũsanct⁹ noie ꝓꝺo: cũ ꝺr spũs dñi. In formatione vo rez significat ꝑ vt dicẽs: filius vt vbũ: spũsanct⁹ vt benignitas q̃ apꝓbat qõ factũ erat. eodem nãq; amore quo deus voluit vt creatura fieret ei placuit vt maneret.

¶ Expositio textus.

Uia nomine terre ꝛc.) Sciendũ q̃ fm Aug. qui ponit i distinctõe rez ordinẽ tpis: oz q̃ mã p̃ma itelligat oĩo informis: vt dcm̃ est: ꝛ sic vocabit nomine aq̃ vel terre: ꝓpter silitudinẽ tm̃. vt dicat terra ꝓpter carẽtiam forme: terra. n. iter oĩa elta minus bz de spẽ cũ sit magis eltuz grossum: aq̃ vo ꝓpter receptibilitatẽ formaꝝ: qz humidũ est bñ receptibile ꝛ termiabile: sed abyssus dr ex hoc q̃ est turpis q̃ accñs vt in ꝑ physicoꝝ dr. Abyssus. n. dr ab. a. qõ est sine: ꝛ byssos: qõ est genus lini cãdidissimi. i. fine candoze: ꝛ hoc accidit materie rõne ꝓuationis. vel dr abyssus q̃si sine basi ꝺ aliq̃ magna ꝑfuditate: ꝛ ꝑcipue aquaꝝ fz Augustinũ: ꝛ silr materia p̃ma abyssus dr: inq̃tũ ꝓuat forma. q̃ quã eẽ substãtificuz recipit. Sed fm alios sanctos possiuⁿ ꝺicere: q̃ ad litteraz erat sub forma substãtiali terre vel aque. (Terra autem erat inanis ꝛ vacua). Si intelligit ꝑ terraz materia informis: sic oportet exponi receptibilitas materie quodãmodo esse similis receptibilitati loci inquantũ in vna materia manẽte succedũt sibi diuerse forme: sicut i vno loco diuersa corpora: ꝓpter qõ plato locũ: ꝛ mãm: idem esse dixit. vt in quarto physicoꝝ dicit. ꝛ ideo ea que sunt loci. similitudinarie de materia dicunr. vt materia dicat inanis: ꝛ vacua fm carentiã forme: sed vacua inquantum forma implet capacitatẽ materie inanis: inquantũ forme est finis in quem tẽdit appetitus materie. Si autem terra sumat ꝓ elemẽto adhuc in formi sic ad litterã dicit vacua ꝛ inanis: ꝓpter carentiã corpoꝝ mixtoꝝ: quoꝝ ipsa est locus: ꝛ ad que quasi ad finem ordinat. Sine aeris obscura qualitate ꝛc. ¶ Sciẽdum q̃ omnis ꝓuatio quantũ ad id qõ significat ꝑ nomẽ est nõ ens: sed tamẽ oportet q̃ aliquid ꝓsupponat: quia enim ꝓuatio est negatio in subiecto vt in 4.° metaphysice dicit: vnde ꝓsupponit subiectũ ꝛ habilitas ipsius ad receptionẽ forme que ꝓuat: ꝛ ideo cuz tenebra opponat luci ꝑ modũ ꝓuationis pót tripliciter sumi aut ꝓ ipso subiecto ꝓuato: qõ est aer obscurus: ꝛ sic constat tenebras aliquid esse ꝛ creaturas esse. Secũdo modo potest sumi ꝓ ipsa vtute aeris: per quã est receptiuus lucis: que est diaphonitas fm q̃ non est ꝑfecta per lucem: ꝛ sic tenebra pót dici obscura qualitas aeris: que aliqd creatum est. Tertio modo sumit ꝓprie ꝓ eo qõ significat per nomẽ: ꝛ sic ꝓuatio est non ens: ꝛ hoc modo per se loquẽdo nõ pót dici creata a deo: sed solum per accidẽs: inquantuz fecit nãm opacã ex cuius oppositione ad corpus luminosuz tenebra relinq̃t: sic dr tenebras in domo facere q̃ claudit fenestrã (Primo ivbo oĩa disponẽdo ꝛc.) vr hoc eẽ falsuz: qz nihil qõ fit in vbo est fcm̃: ꝛ ita i vbo de⁹ nihil opat.

¶ Ad qõ dõz q̃ fz quosdã alicui⁹ ipzoꝑe locut⁹ est: ꝛ est exponẽdũ opat in vbo. i. genuit vbũ qõ est ars oĩuz opandoruz ꝑ ipm. Hoc aũt iõ dicũt: qz nõ faciũt dñaz iter opari ꝛ facere: cũ multũ differãt. qz facere ꝓpe est act⁹ rei trãsiens in exteriorẽ mãz. vñ ꝑbs dicit in 6° erbicoꝝ artificialia eẽ factibilia: ꝛ sic de⁹ nõ fecit aliqd ab eterno. Sed opatio dr q̃liz act⁹ rei ẽt si exterius nõ trãseat: sic itelligere est opatio

itellect⁹:z pōt eē sine motu.vñ phs in 7°ethycox.dicit:q deus vna simplici opatione gaudet:z p hūc moduz de⁹ab eterno in verbo operatur. sicut artifex excogitando formas artificialium.

¶Que prima fuerit distinctionis operatio.

¶Distin. XIII.

PRima alit distictionis opatio fuit formatio lucis:sicut ostendit scriptura:que cōmemorata rep infirmitate eaz displicē a luce ichoauit subdēs. Dixit deus:fiat lux:z fcā est lux:z diuisit lucē a tenebris:appellauitqz lucem diē:z tenebras noctē:z factuz est vespe z mane dies vnus. Cōgrue mūdi ornat⁹a luce cepit.vñ cetera que creāda erāt viderenē.

SQuaī fuit lux illa:spūal:an cōpaī. Iārīē q̄lis illa lux fuerit:corpaī.s.an spūalis:id rñdem⁹qđ a scis traditū legimus. Dixit.n.aug.q2 lux illa corporaī vl spūaī itelligi pt. Si spūaī accipiē:āgelica nā itelligit:q̄ pri⁹informis fuit:tz postea formata ē cū ad creatorē suū p̄uersa:ei charitate adhesit:cui⁹informitatis creatio supius significata ē. vbi dcm ē. In pncipio creauit de⁹celū z terrā. Hic ꝓo eiusdē formatio ostēdit cū ait. Fiat lux z facta est lux. Hec ǧ angelica nā pri⁹tenebre z postea lux fuit:q2 pri⁹habuit iformitatē z imperfectionē:deide formatōis pfectionē:z ita diuisit de⁹lucē a tenebris. Nā vt ait Aug.sup Gen. Hui⁹creature iformitas imperfectio fuit aīqz formaret i amore p̄ditoris. Formata ꝓo ē qñ conuersa ē ad icōmutabile lumē verbi. Si ꝓo corporaī fuit lux illa:qđ vtiqz pbabile est corp⁹luci dū fuisse itelligit:velut lucida nubes:qđ nō de nihilo:tz de p̄placēti mā formaīr factū est:vt lux eēt:z vi lucēdi bret. Cū q̄ dies pria exorta ē:q2 añ lucez:nec dies fuit:nec nox:tz rps fuerit.

¶Quod lux illa facta est vbi sol apparet que inter aquas lucere poterat.

SJ aūt q̄rīē vbi fcā est lux illa cū abissus oēm terre altitudinē tegeret:dici pōt i illī ptib⁹fcā:q̄s nūc illustrat sol diurna lux. Nec mīz lucē i aqs posse lucere:cū ēt nautaz opatōe sepi⁹illustrētur.q in pfūdū mersi misso ex ore oleo aq̄s sibi illustrāt:que multo rariores fuerūt in pncipio q̄z mō sint:q2 nōdū ꝓgregate fuerāt i vno loco.fcā ǧ lux illa vicē:z locū sol tenebat.q̄ motu suo circūagitata noctē diēq̄z discernebat. Ibi ergo primū lucem appuisse verisīle ē. vbi sol quotidiāo cursu circūuect⁹appz:vt eodē tramitte lux circūcurrēs:ac prio ad occasū ōscēdēs:vesperā faceret. Deide reuocata ad ortū:auroꝝ.i.māe illustraret z ita diuisit ōs lucē z tenebras:z appellauit.l.d.z.t.n.

¶Q2 dies diuersis modis accipitur.

HIc notādū ē q dies diuersis mōis accipiī scriptura. Bī.n.dies lux illa q̄ illo triduo tenebras illuiabat.z dī dies illuminatio ipsa aeris. Bī ēt dies spacium xxiiij.horaz q̄īr accipitur cū ait. Fcīm ē vespe z māe dies vn⁹. Qđ ita distiguēdū ē. Fcīm ē vespere pri⁹:z postea māe:z ita fuit dies vn⁹explet⁹.xxiiij.horaz.dies.s.nālis q būit vesperaz: tz nō māe. Adāe.n.dī finis p̄cedētis:z initiū sequētis diei:qđ ē auroza:q̄ nec plenā lucem:nec oio tenebras bz. Adāe ǧ prim⁹ dies nō būit:ganec dies p̄cesserat q seq̄ntis diei initio terminare tur:z eo p̄cipue:q2 luce appente mox sup terrā plen⁹atqz p̄clar⁹dies extitit:q nō ab auroza:tz a plena luce ichoauit:z mane seq̄ntis diei cōsumat⁹ē. Añ Beda sup gen. Dicebat vt dies luce iciper:z i māe seq̄ntis diei tēderet:vt ope dei a luce ichoasse:z in lucem cōpleta esse figurarē tur. Reliq aūt dies mane habuerūt z vesperaz: quoz quisqz a suo mane incipiens vsqz ad alterius diei mane extendebatur.

¶De naturali ordine cōputationis sex dierum: z de illo qui ꝓ mysterio introductus est.

HIc ē nālis ordo distictōis dierū:vt distiguant atqz ꝓputētur dies a māe vsqz ad māe. Postea ꝓo i mysterio fcīm ē. vt dies ꝓputētur a vespa in vesperā:z adiūgat dies p̄cedēti nocti i ꝓputatiōe:cū iuxta nālē ordinē p̄cedēs dies seq̄nti nocti adiūgi debeat:q2 bō a luce p̄ctīm corruit i tenebras ign̄ātie z pctōrū:Deide p rp̄z a tenebris ad lucē redūt. Añ apl's. Eram⁹aliqñ tenebre:nūc aūt lux in dño. Prim⁹itaqz dies nō ab auroza:tz a plēa luce icipiēs. Et post paulati vesperā occidēti luce excipiēs:māe seq̄ntis diei ꝓpletus ē. Añ beda. Occidēte luce paulati:z post spaciū diurne lōgitudis z iferiores ptes subeūte:fcīm ē vespe sic nūc vsitato cursu sol fieri solet. Fcīm ē āt mane eadē sup terrā redeūte:z aliuz diē ichoāte:z dies expletus ēvn⁹.xxiiij.bo.fuitqz nox illo triduo omnino tenebrosa:que post creata sidera aliqua luce claruit.

¶Cur sol factus est si lux illa sufficiebat.

SOl aūt q̄rī q̄re factus ē sol:si lux illa faciēde diei sufficiebat. Ad qđ dici pt qñ lux illa forte supiores partes illustrabat:z ad illuminationē inferioruz solem fieri oportebat. Vel potius iō:ga facto sole diei fulgor auctus ē. Ampliori enī mīto luce radiauit dies postea q̄ añ. Si vero queritur



quid de luce illa factū sit cum modo non appareat. Pōt dici aut de ea corpus solis formatū: aut in ea pte celi eē i qua sol est:nō q ipsa sit sol: sed sic ei vnita vt discerni nō valeat.

¶Quomodo accipiēdū sit illud:dixit deus:an sono vocis id deus dixerit:an aliter.

REterea inuestigāduz est quomodo accipiendū sit quod ait. Dixit deus. vtrum tēporaliter vel sono vocis illud dixit:an alio modo? Aug.super Genesim tradit:nec tēporaliter:nec sono vocis deī fuisse locutū:quia si tēporaīr z mutabiīr:z si corporaīr dicaē sonuisse vox dei: nec lingua erat qua loquereē:nec erat quē oporteret audire z itelligere. Bene ergo vox dei ad naturā ꝝbi per quod oia facta sunt:referē. Dixit ergo deus.fiat z ē.non tēporaīr non sono vocis:sed in verbo sibi coeterno.i.verbum genuit non tpaliter i quo erat z disposuit ab eterno vt fieret in tempore:z in eo factū est.

¶Quomō accipiēdū est qđ dicit pater opari in filio:vel per filiuz:vel in spiritu sancto.

HIc queri solet quomō accipiēduz sit qđ dicit pater opari in filio:vel p filiuz:vel in spiritu sancto. Hec.n.scriptura frequēter nobis proponit:vt illud. Omnia in sapiētia fecisti domie.i.in filio. Et in principio.i.in filio creauit deus celum z terrā. Et illud. Per quē fecit z secula. Super illum quoqz.ps.locuz. Verbo domini celi firmati sunt z.c.dicit Aug⁹.q pater operatur per verbum suuz z spiritū sanctum:quomodo ergo hoc accipiendū est? Putauerūt quidam heretici q pater velut auctor z artifex filio z spiritu sancto in reruz operatione quasi instrumēto vteret:ex p̄dictis verbis errādi occasionem sumentes q velut blasphemuz atqz sane doctrine aduersum abjēcit pia fides. Non est itaqz intelligendū ideo scripturam frequēter cōmemorare patrē operari in filio vel per filiū tanqz fili⁹ non posset facere:si ei nō postexisset pater dexterā:vel tanqz aliquod instrumētū fuerit patris operantis:sed potius illis verbis patrem intelligi voluit cum filio z cum spiritu sancto operari:z sine eis nihil facere.

¶Cōtra hāc expositionē surgit hereticus.

SEd dicit hereticus hac ratiōe possit dixisse filium operari per patrem vel in patre:z spiritū sanctuz cum vtroqz vel per vtrūqz:quia filius cum patre z spūs sanctus cum vtroqz operaē. Cui breuiter respondeē:ideo illud dictū esse:z nō istud vt in patre monstrareē auctoritas. Non enim pater a filio sed filius a patre operatur:z spūs sanctus ab vtroqz. Ideoqz filius etiam p spiritum sanctum legiē opari:q2 cum spū sancto opatur hoc ipsum a filio habēti operetur.

¶Alia predictorum expositio.

POtest z aliter illud accipi vt dicatur pater in filio vel per filiuz opari:quia eum genuit omniuz opificem:sicut dicitur per eum iudicare:quia genuit iudicem. Ita z per spiritum sanctuz dī opari siue pater siue filius:quia ab vtroqz ꝓcedit spūssanctus factor omnium. Unde Joānes chrisostomus in expositione epistole ad hebreos sic ait. nō vt hereticus inaniter suspicatur tanqz aliqđ instrumētum patris extiterit filius:neqz per eū pater dicitur feciss tanqz ipse facere non posiz sed sicut dicitur pater iudicare per filium:quia iudicem genuit:sic etiam dicitur operari per filium:quia cum constat opificem genuisse:si.n. causa eius pater est ꝑm q pater est:multo amplius eorum causa est que per filium facta sunt hec de opere prime diei dicta sunt.

¶Diuisio textus.

DIcto de ope creatōis hic pseqē distinctionis op⁹.Et diuidit in ptes tres. In pma determiat de ope scde.i.4.di.ibi.(Segē dixit de⁹fiat firmamentū). In 3ª de ope tertie diei.ibi.(Segē dixit de⁹gregenē aq̄ ⁊c.) Pria diuidit in duas. In pma determiat pmū op⁹ distictōis p lucis pductionē. In scda exponit q̄dā dubia q̄ possent eē i his q̄ ꝺ hoc op⁹dicunē:z circa opa.2ª ibi.(Preterea inuestigādū ⁊c.) Circa pmū tria facē.p ōtermiat lucis pductionē. Scdo eius ꝓditiones.ibi.(Sz q̄rīē q̄lis illa lux fuerit ⁊c.) Tertio lucis effectū ⁊c.ibi(Hic notāduz est q dies ⁊c.) Scda i duas. In pma ostēdit ꝓditionē lucis q̄tū ad eius nām vel gen⁹. In 2ª q̄tū ad ei⁹locū.ibi(Si aūt q̄rīē vbi facta est ⁊c.) Tertia ps in q̄ ōtermiat effectū lucis q ē dies diuidīē i tres. In pma distiguit diē q̄tū ad variā acceptionē. In 2ª q̄tū ad ordinē ptiū.ibi(Hic est nālis ordo ⁊c.) In 3ª q̄tū ad cāz efficiētē.ibi.(Solet ēt queri ⁊c.) (Ꝑ.inuestigādū ⁊c.) Hic expoit quō itelligēdū sit qđ dī. Dixit de⁹. Et p ponit expōnē. Scdo mouet dubitationem ꝓnē.ibi(Hic q̄ri solz ⁊c.) Circa qđ tria facē.p mouet qōnē Scdo q̄rūdā errorē ponit.ibi(Putauerē q̄dā hrtici ⁊c.) Tertio determiat ꝑz vitatē.ibi(Nō ē itaqz itelligēdū ⁊c.) vbi duas ponit solones. Quaz scda incipit ibi.(Pōt z aliter ⁊c.) Circa pmū duo facit.p ponit rñsionē. Scdo excludit hereticoz obuiationē.ibi(Sz dic hrtic⁹ ⁊c.) Qō I.

IJc querunē qnqz.p de ope distictiōis p driaz ab alys opib⁹.2° vtz lux ꝓpe i spūalib⁹ueniaē.3°vtz lux corporalis sit suba:aut accns.4.de lucis pductione. Quito quō pī dī p filiū opari.

¶Utz op⁹distinctōis fuerit necīū post op⁹creationis. I.

ABprimuz sic,pcedit.videtur q post opus creationis distictionis opus necessariuz nō fuerit:distinctio enim nō est nisi ꝑus ꝓfusoz z cōmixtorum.si ergo post creationē facta est reruz distinctio opor-

Universidad de Deusto



tet res prius mixtas fore creatas: ꝛ sic redibit opinio anagore ꝛ anaximādri ꝙ res fiāt per extractionē ex vno cōfuso ꝛ mixto. ¶ Ꝑ. creatio terminat ad esse: ens enim vt dicitur in libro de causis est per creationem: sed materia ſm esse distincta est: q̄uis ſm essentiaz sit vna. ergo videt ꝙ post creationē distinctione opus non sit. ¶ Ꝑ. eoꝛ ē distictio: quoꝛ pōt esse cōmixtio ꝛ cōfusio ſm locū: sed hec nō possunt cōuenire: nisi cōmunicantibus in materia. si ergo superiozibus ꝛ inferiozibus cozpozibus materia cōmunis nō sit: videt ꝙ supioꝛ ab inferiozibus nulla sit faciēda distinctio. ¶ Ꝑ. quodlibet cozpus est distinctuz ab alys cozpozibus. Luz ergo describat in textu distinctio celi cristalini: ꝛ celi ſyderei videt ꝙ inconuenienter subticeat distinctio celi empirei. ¶ Ꝑ. supra dictuz est in littera ꝙ sex diebus deus creaturas per spēs distinxit. ergo videt ꝙ totuz opus sex dierū ad distinctionē ptineat: ꝛ ita ornatus videtur a distictionis ope nō differre.

**Respōdeo** dicēdū: ꝙ natura in operibus sex dieruz taliter istituta est vt nature ꝓncipia: tūc ꝓdita in se subsisterēt: ꝛ ꝙ ex eis alia ꝓpagari possent p mutuam actionē ꝛ passionē: ꝛ ideo opoꝛtuit eis: tūc esse ꝓferri ꝛ vtutes actiuas ꝛ passiuas quas Aug. vocat rōnes seminales quibus ex eis effectus ꝓsequētes producerētur. quātū ergo ad esse ipsoꝛ ꝓncipioꝛ sumit opus creationis: per qō subst̄atia elemētoꝛ mūdi in esse ꝓducta est. Sed vtutum actiuaꝛ ꝛ passiuaꝛ quedā sunt mouētes ad determiatas species: vt virtus que est in semine leonis ꝛ equi: quedā vo sunt cōes mouētes ad oēz speciē vt calidū frigidū ꝛ huiusmodi. per opus ergo distictionis attribute sunt rebus creatis virtutes actiue ꝛ passiue cōes mouētes ad oēm speciē. Sed per opus ornatus collate sunt rebus virtutes mouētes ad determinatas species: sed distinctio nō pōt nisi tripliciter variari. Luz enī motus alterationis ſm quē fit generatio ꝛ cozruptio reducaꝫ in vnū ꝑmū alterās nō alteratum. ſ. celuz: opz enīz ī ꝓncipys essentialibus mūdi cē tria. Ꝓmū qō est alterās nō alteratū vt celuz: zm qō est alterans alteratū: vt media elemēta que sunt ignis aqua ꝛ aer Tertiū qō est vltimū ꝛ minimū babēs de vtute alterandi ſ. terra. Ꝓmo ergo opoꝛtuit distigui ꝑmū ab vltimo: ꝛ ß factuz est per lucis ꝓductionē que quidē formaliter est in celo: ꝛ participaꝫ in medys elemētis ſz plus ꝛ minus. Sz vltimuz elemētum. ſ. terra caret luce vel minimuz de ipsa habet. Secūdo opoꝛtuit esse distinctionez ꝑmi a medio: ꝛ ß factū est secūda die quādo diuise sunt aque inferiozes a superiozibus facto firmamento. Tertio est diuisio medy ab vltimo. ꝛ ß factum est tertia die: quādo cōgregate sunt aque in vnum locuz ꝛ apparuit arida.

**Ad ꝓmuz** ergo dicēdū. ꝙ distinctio partiū mundi nō est itelligēda per extractionem materialē ab aliquo mixto: ſz formaliter per hoc ꝙ diuersis rebus diuerse virtutes collate sunt. ¶ Ad zm dicēduz. ꝙ per opus creationis ꝓncipia mūdi distincta sunt quātū ad esse ꝑmū: quod est per formas subst̄atiales. Sed opoꝛtuit aduenire opus distinctionis vt distinguerentur etiaz quātuz ad agere ꝛ pati ſm diuersas virtutes rebus collatas. ¶ Ad tertiuz dicendum ꝙ in iltis distinctionibus est quedaz diuersitas: quia enim cozpora superiora non sunt eiusdē materie cū inferiozibus: ꝛ per cōsequēs ſm locum confundi non possunt: ideo ꝓma distinctio que est ꝓmi ab vltimo: ꝛ secūda que est ꝑmi a medio: est tantū ſm collationem diuersarū virtutuz ad agendū ꝛ patiēdum. Sed tertia que est medy elemēti ab vltimo que cōmisceri possunt ꝛ ſm locum confundi: est ſm vtrūq; inquantum elemētis collate sunt qualitates que sunt ꝓncipia alteratiois vt caloꝛ ꝛ frigus ꝛ huiusmodi. Et illa que sunt ꝓncipia motus localis vt grauitas ꝛ lettitas: ꝛ ideo in tertio die facta est mētio de loco. Lum dicit congregent aque in vnū locū ꝛ non in alys precedētibus. ¶ Ad quartuz dicēdum ꝙ celuz empyreum: vt supra dictū est: non habet influentiam super inferiora cozpora: ꝛ ideo inter opera distinctionis cōmemozari non debuit per quaz rebus virtutes actiue date sunt: sed celuz empyreū ozdinatuz est ad gloziam beatoꝛ. ꝛ ideo in ꝓncipio creationis sue totuz cōplementuz suuz babuit. ¶ Ad quintū dicēduz ꝙ opus distinctionis supra acceptuz est cōmuniter ꝓut dicit discretionē ſm quācūq; virtutis differentiā: ꝛ sic in se includit etiā ornatuz: alio aūt modo ab ornatu differt vt dictū est. Et hec differentia pōt sumi ex mō loquēdi ipsi⁹ scripture: que in opibus triū dieꝛ quādā diuisionē ifinuat.

¶ Utrū lux ꝓprie iueniaꝫ in spūalibus. II.

**Ad secundū** sic ꝓcedit. videtur ꝙ lux ꝓprie in spiritualib⁹ iueniaꝫ. Ꝓimo per id qō dicit. Jo. ꝑmo. Erat lux vera ꝛc. Quod de deo itelligit: qui maxime spiritualis est. ergo videt ꝙ lux ꝓprie in spūalib⁹ substātys iueniaꝫ. ¶ Ꝑ. Aug⁹. dic. 4. sup Geñ. Nō xp̄s sic dr lux quō dr lapis: ſz illud ꝓprie: B vtiq; figuratiue: nō ät xp̄s ꝓprie diceret lux: nisi lux ꝓprie in spūalib⁹ inueniret. ergo ꝛc. ¶ Ꝑ. iter alias creaturas spūalis ſuba nobilioꝛ ē q̄si deo ꝓximioꝛ: sed nō est ꝓbabile scripturā diuinā nobilissime creature creationē subticuisse. Lū g̃ de creatōe angeloꝛ mētionē non faciat. vī ꝙ ad lr̄az: ꝛ ꝑp̄e p lucis ꝓductionē creatio nāe angelice sit itelligēda. ¶ Ꝑ. luci ꝛueīt maxime actiuū ee. Uñ luci attribuit diffusiuū ee: ſz actio ꝛueīt veri⁹ spūalib⁹ q̄ cozpalib⁹. g̃ ꝛ lux. ¶ Ꝑ. act⁹ ꝑpus lucis est manifestare: ſz manifestatio magis ꝑpe ē i spūalibus vbi est nobilioꝛ cognitio. ergo videtur ꝙ ꝛ lux verius in eis inueniatur.

**Sed cōtra** est qō dic Ambroꝛ. ꝙ iter ea q̄ trāsūptiue ō deo dr̄ ponit splēdoꝛē ꝙ ꝛtigit ex multiplicatōe lumis. g̃ vī ꝙ lux in spūalib⁹ nō nisi metaphoꝛice iueniaꝫ. ¶ Ꝑ. Dyonisi⁹. dic in 4.° ca° de dīis noib⁹: ꝙ de⁹ dr lumē ex hoc ꝙ silitudo ei⁹ maxie resultat ī radio solari q̄tū ad causalitatē. Sz oē nomē qō dr de deo p silitudinē a creatura cozpali sumptā ꝓuenit sibi metaphoꝛice. g̃ ꝛc.

**Respondeo** dōz. ꝙ i hoc vī ee q̄dā diuersitas iter scōs. Aug⁹. n. vī velle ꝙ lux i spūalib⁹ verius iueniaꝫ q̄ in cozporalib⁹. Sed ambroꝛ. ꝛ Dionysius videnꝫ velle ꝙ in spūalib⁹ nō nisi metaphoꝛice iueniaꝫ. Et hoc gdē videt magis verū: qz nihil per se sensibile spūalibus cōuenit nisi metaphoꝛice: qz q̄uis aliqd cōe possit inueniri analogice in spūalib⁹ ꝛ cozpalib⁹: nō tñ aliqd p se sensibile: vt pz in ente ꝛ caloꝛe: ens eni nō est per se sensibile: qō vtriq; cōe est: caloꝛ aūt qō per se sensibile est in spūalibus ꝓprie nō iueniꝫ. Uñ cū lux sit q̄litas per se visibilis: ꝛ spēs q̄dā determinata in sensibilib⁹ nō pōt dici in spūalib⁹ nisi vel equiuoce vl̄ metaphoꝛice. ¶ Sciēdū tñ ꝙ trāsferunt cozpalia in spūalia p quādā similitudinē que gdē est silitudo ꝓportionabilitatis: ꝛ hāc similitudinē oz reducere ī aliquā cōmunitatē vniuocationis vel analogie: ꝛ sic est in ꝓposito: dr̄. n. lux in spūalib⁹ illud qō ita se habet ad manifestationē itellectiuā. Manifestatio aūt verius est i spūalib⁹. Et quātuz ad hoc verū est dictum augu. ꝙ lux verius est in spiritualibus q̄ in cozporalibus non ſm ꝓpriam rōnez lucis: sed ſz rōnē manifestationis put dr̄ in ꝓma can. Jo. ꝙ omne qō māifestaꝫ lumē est. p quē modū omne qō manifestū est clarū dr̄ ꝛ omne occultū obscurum.

**Ad ꝓmum** ergo dicēduz. ꝙ deus dicit lux vera quātuz ad veritatē eius a quo sumit



similitudo: ꝛ non quātum ad veraz naturā lucis per quem etiam modū dicit vitis vera Jo. 15. ¶ Ad scōm dicēdū ꝙ Aug. attēdit quātuz ad rationem manifestationis magis q̄ ad nomē lucis. Uel dicēdum. ꝙ ea queibi dicit vt ipse ibidē protestaꝫ non asserēdo: sed inquirendo dicit. ¶ Ad tertiuz dicēdum ꝙ ſm Dyonisiuz scriptura diuina proponit nobis spiritualia sub similitudine rerum cozporalium ꝛ ideo non decuit vt creationē angeloꝛ expresse describeret: sed dedit eam intelligere ex ꝓductione cozpozalis lucis. ¶ Ad quartuz dicēduz ꝙ ad ꝓpriaz naturā lucis non pertinet quelibet actio: sed talis que est in cozporalibus: ꝛ similr̄ nō quelibet manifestatio: sed que est ad sensuz visus. vñ pz rñsio ad qntū.

¶ Utruz lux sit accidēs. III.

**Bertium** sic ꝓceditur. videtur ꝙ lux nō sit accidens. Ꝓimo per auctoritatē Augustī. qui dicit in lib. de li. ar. ꝙ lux in cozpozibus tenet ꝑmuz locum ꝛ multa huiusmodi in libris suis dicit: sed nullum cozpus est accidēs. ergo ꝛc. ¶ Ꝑ. quecūq; cōiunguntur ꝛ separanꝫ abinuicez manētia eadē numero non sunt accidentia: quia accidēs de subiecto in subiectū nō tranſit nec duo accidētia eiusdē speciei distincta in eodē subiecto esse possunt: sed duoꝛ luminariū lumia cōiunguntur ꝛ separanꝫ abinuicē. vt dicit Dyonisius in secūdo capitulo de diuinis noibus. ergo lux nō est accidēs. ¶ Ꝑ. quicquid predicaꝫ de genere ꝛ de speciē sed ſm philosophū lux est species ignis. Lum ergo ignis sit cozpus ꝛ substātia: videt ꝙ similr̄ ꝛ lux. ¶ Ꝑ. nihil mouetur: nisi cozpus. vt i septimo physicoꝛ probatur. sed rady mouenꝫ: descēdētes de sole ad nos. ergo sunt cozpora. ¶ Ꝑ. nihil reuerberatur ad cozpus: nisi cozpus: quia accidēti cozpus nō obsistit. Sed rady solares reuerberantur ad cozpus solidū. ergo ꝛc. ¶ Ꝑ. cozpozum est vt ex eozuz confricatione ꝛ compssione caloꝛ sequaꝫ: sed ex intersecatione radioꝛ solis ꝛ multiplicatione sequitur caloꝛ. ergo ꝛc. ¶ Item nihil agit vltra speciem suam: quia effectus nō est altioꝛ agēte: sed per lumen solis producūtur forme subst̄atiales in iferiozibus: vt patet ex Dyo. in quarto capitulo de diuinis noibus. vbi dicit ꝙ lumē solare cozpozum visibilium generationi cōfert: ꝛ ad vitam ipſam mouet. Lum ergo forma subst̄antialis sit vltra naturam accidētis in pfectione ꝛ dignitate: videtur ꝙ lumē accidēs esse nō possit. ¶ Ꝑ. ſi accidēs est: opoꝛtet ꝙ ad aliqō accidētis genus reducaꝫ: nec pōt ad aliō reduci q̄ ad genus qualitatis: cuius sibi nulla species competere videtur nisi tertia. Si ergo in tertia specie qualitatis nō sit: videt ꝙ nō sit accidēs. ꝙ aūt non sit in tertia specie qualitatis sic probaꝫ. In illa enim specie est passio vel passibilis qualitas: sed cuilibet passibili qualitati est aliqd cōtrariū. cū ergo luci nihil ꝛtrarie opponaꝫ: sed solū ꝑuatiue. ſ. tenebra: videtur ꝙ lux nō sit in tertia specie qualitatis. ¶ Ꝑ. ois qualitas passibilis ītroducit successiue in materiam: quia ſm eam cōtingit alterationis motus qui successiuus est: illuminatio aūt fit subito. ergo lumē nō est huiusmodi qualitas. ¶ Ꝑ. qualitates passibiles impsse in subiecto ab aliquo agēte remanēt per aliquod tēpus: etiā agēte remoto. vt pz in aqua calefacta: sed lumē factū in aere statiz eē dsinit ad absentiā solis illuminātis. ergo ꝛc.

**Sz contra** est ꝙ dicit Damascen⁹ lucē esse qualitatez ignis: qualitas aūt est accidēs. ergo ꝛ lux. ¶ Itē Aui. dicit ꝙ lux est q̄litas cozpis lucidi inq̄tuz huiusmōi: ꝛ ꝙ lumen est qualitas quā mutuat cozpus dyaphanum a cozpore lucido. ergo videtur ꝙ tam lumen q̄

**Respondeo** ¶ lux sit accidens.
dicendum ꝙ ista quattuoꝛ differunt

lux. lumen: radius: et splendoꝛ. Lux enim dicitur ſm ꝙ est in aliquo cozpe lucido ī actu a quo alia illuminanꝫ vt ī sole. Lumē aūt dr̄ ſm ꝙ est receptū in cozpe dyaphano il luminato. Radius aūt dr̄ illuminatio ſm directā lineā al cozpus lucidū. Et ideo vbicūq; est radius ex lumē: sed nō ꝛuertiꝫ. Cōtingit. n. lumē esse in domo ex̄ reflexiōe radioꝛū solis: q̄uis nō ex directa oppōne: ꝓpter aliqō cozp⁹ iteriacēs. Splēdoꝛ aūt est ex reflexione rady ad aliqō cozpus tersuz ꝛ politū: sicut ad aquā ꝛ ad argētū vel ad aliqō hꝫ. ex qua reflexiōe ēt rady ꝙciunt. ¶ Dis ergo visis sciendum est ꝙ circa naturam lucis ꝛ lumis est multiplex opinio. Quidā enim dixerūt ꝙ lux est cozpus qō est ipsa suba solis ex quo fluūt quedā cozpoza: ꝛ illa cozpa dicunt lumē vel radius. Hec aūt positio mltipl̄r a philosophis improbata est. Ꝓimo quia sequereꝫ ꝙ illuminatio esset motus localis cozpozum a sole fluentium cum motus vocalis nō possit esse subito: sequereꝫ illuminationē fieri successiue: q̄ successio nō posset sensum latere ſm maximū spacium ab oziēte. ſ. in occidētē: ꝛ a sole ad nos. Sedo quia sequeretur duo cozpa esse simul in eodē loco: cum totū spaciū qō illuminatur sit plenū aere: q̄uis hec ꝓ incōueniēti quidam eoꝛ nō habeāt: oio sensum negligētes. Alij vo dicūt lumē recipi in pozos aeris. Sed hoc ridiculū est: oporteret enīz obtenebrato aere pozos vacuos remanere ꝛ aerem nō totum illuminari. ꝛ multa huiusmodi. Tertio: qa illa cozpa aut decidunt de substātia solis: ꝛ sic oporteret eum quotidie minozari: ꝛ quādoq; consumi: nisi forte dicaꝫ cibari vapozibus ex aqua ꝛ terra ascendētibus: vt sic deperdita restaurenꝫ: qō est omnino fabulosū. Aut oporteret ꝙ ꝛtinue illa cozpa de nouo fiāt: ꝛ hoc vel ex materia preiacēte: ꝛ sic fierent cozruptis quibusdā alys: ꝛ cum in celo sit illuminatio sequeretur aliqua cozpa ibi cozrūpi vt alia generentur ꝛ multa alia absurda. Aut ꝙ fiāt per creationem noue materie ꝛ nature: nec poterit esse tūc illuminatio nisi per miraculum a deo. Sequeretur etiam cum cozpora creata in nihilum non reducantur ꝙ quātitas mūdi semper augmētaretur nouis cozpozibus quotidie creatis. et huiusmodi multa absurda. ¶ Ꝑ. contra ß Auic. multas rationes ponit in sexto de naturalibus. vnde hec positio tanq̄ absurda: ꝛ extranea relinquēda est: nō enim potest sustineri nisi alys ꝓncipys naturalis philosophie iuētis. Aly aūt dicūt ꝙ lumē qō est receptum in cozpore dyaphano est accidēs quia post esse completū aduenit ꝛ recedit rebus manentibus: sed in cozpe lucido lux est subst̄atia: vel ipsum cozpus lucidum ſm quosdaz. vel forma subst̄atialis eius ſm alios: hoc iteruz stare nō potest. Illuminatio enim est actio in aliud: quia lucidum illuminat. vnde si lumen in hoc aere est accidēs: opz ꝙ ꝓncipiū illuminationis in cozpe lucido sit accidēs: sicut etiā cōmē. pbat ꝙ caloꝛ nō est forma subst̄atialis ignis: qz ī cozpozibus calefactis est accidens.

¶ Preterea. nulla subst̄atia est per se sensibilis: quia quod quid ē obiectuz intellectus. Unde oportet ꝙ lux que per se videtur nō sit forma subst̄atialis. Et si dicaꝫ ꝙ illud qō videt non est lux: sed fulgoꝛ quidam. dicēdum ꝙ illud qō nos appellamus lucē est illō quod per se videt: ꝛ si forma subst̄atialis solis dicaꝫ lux nō erit nisi equiuoce: quia accidens ꝛ subst̄atia nō vniuocanꝫ ī aliquo: ꝛ sic nihil prohibet etiam lapidē vocari lucē aut tenebras: quia etiam ſz philosophum in quarto metaphysice non est inconueniens ꝙ eodem nomine apud nos significetur homo. ꝛ apud alios nō homo. Aly dixerūt ꝙ lux nihil addit supra colorez: sed ipsa euidētia coloris vocaꝫ lux vel lumē: ꝛ hāc positionem auicē. multipliciter improbat accipiēdo omnes modos quib⁹ itelligi pōt. Sensibil̄r tamē apparet esse falsuz ī noctilucis: quoꝛ caloꝛ ī nocte occultaꝫ qñ lux apparet ꝛ

quādo color videt in die lux non sentitur:sed verum q̄ p lucem videt color:quia facit colorem esse visibilē in actu. Alij dicūt q̄ lux non habet esse firmum ⁊ ratum in natura sed est tantum intentio:sicut enim dicit q̄ species coloris per acrē ad pupillam delata in aere non habet esse naturale:sz spūale. vnde ⁊ per eandē partē aeris spēs albedis ⁊ nigredis deferunt:ita etiā intētio corpis lucidi i aere relicta est lumē. Et hec opinio valde ꝓbabilis est. ¶ Primo quia cum lumē det esse spirituale colori multo fortius videtur q̄ ipsum spūale esse habeat. ¶ Secūdo:qz nulla qualitas babēs esse naturale imediate suppōsita organo visus pōt videri:lumē autē videt cōtingēs pupillam:vnde videt q̄ esse spirituale habeat:sed hoc nō videt vsq;q; verum:qa per illud quod habet esse intētionis tantū non sequit trāsmutatio nisi fm operationem anime vt in videdo ⁊ audiēdo:per illuminationē autem videmus sensibiliter naturales transmutationes fieri per caliditatē ex radys solis cōsequētem. vnde non pōt esse q̄ habeat esse intētionis tantum. Et ideo dicūt alq quibus consentiēdum videt mihi q̄ lux est forma accidētalis babēs esse ratum ⁊ firmum in natura:⁊ q̄ sicut calor est qualitas actiua ignis:ita lux est qualitas actiua ipsius solis:⁊ in alys est fm q̄ magis cum sole cōmunicant qui totius luminis est fons. Unde Auic. dicit q̄ nulla actio est a corporibus supioribus in iferiora nisi mediāte luce:sicut ignis etiaz agit mediāte calore:vñ lux ⁊ lumē differunt:sicut calor in subiecto per se calido ⁊ in calefacto. Et quia celum est primum alterās:inde sequitur q̄ omnis alteratio que est in inferioribus perficiatur per virtutez lumis:siue sit alteratio fm esse naturale:siue fm sensum:⁊ ex hoc habet lux q̄ omnibus corporibus generationē conferat:vt dicit Dyonisius:ex hoc etiam est q̄ coloribus esse spūale cōfert:scōm qō esse recipiunt in medio ⁊ in organo. vnde ⁊ ipsum lumē virtutem spiritualem habet:⁊ inde est etiam q̄ fm Augustinum lumen est medium in omni sensu:sed i visu pmo ⁊ imediate. qualitates enim visibiles sunt pores ceteris put fm esse formale sunt inuēte in corporibus inferioribꝰ fm q̄ cōueniūt cum corpore celesti:vt patet in secūdo de anima. ⁊ in zᵒ de gñatione:sed alioz sensuum mediātibus alys qualitatibus.

**Ad primuz** ergo dicēdum:q̄ sicut tenebra sumit quādoq; pro aere obscurato:vt supra dictū ē:ita etiaz lux pro corpore lucido sumit:⁊ sic potest intelligi q̄ Augusᵗ. lucē alys corporibus cōnumerat per modum loquēdi:quo etiam cōmenta. in secūdo de aia calorē naturalem corpus esse ꝓbat:nihilominus Augustinus nō intendit hoc asserere quasi fidei cōueniēs:sed sicut vtens bis que philosophiā addiscēs audierat. Et ideo ille auctoritates parū cogūt. ¶ Ad zᵐ dicēdum:q̄ non intelligitur coniunctio ⁊ separato luminū:nisi fm intēsionem ⁊ remissionem luminis multiplicatis vel subtractis luminaribus quorum rady confusi esse,dicunt propter luminarium distinctionem. ¶ Ad 3ᵐ dicēdum:q̄ illa divisio ignis sic intelligēda est:vt p lucem intelligat ignis fm q̄ in propria materia est:vt sic ꝺiuctiue sumat. per alia vō fm q̄ est in materia aliena:per carbonē quidem fm q̄ est in sicco terrestri:per flāmam autem fm q̄ est in humido aereo:⁊ sic ipsemet se exponit in libro de animalibus. sed tamē auctoritates Aristotelis que exemplis inductis sumunt nihil valent. quia ipsemet testat in pncipio de generatione q̄ i eis non querit subiectū sed modū:vnde inducit ea nō ad asserendū:sed quia erant suo tēpore apud quosdam ꝓbabilia. ¶ Ad quartū dicēdū fm Auic. q̄ cum dicit radius moueri vel descēdere nō ꝓprie dicit:sed trāsumptiue:ex eo. s. q̄ alteratio illuminationis incipit ab eo qō supra nos est:per quē etiā modum possumus dicere calorē ascēdere vel descēdere. ¶ Ad 5ᵐ dicēdum:q̄ radius non dicitur reuerberari ad corpus solidum:sicut repulsum fm motum localē sicut pila quedam:sed inquātum obsistit sua densitate illuminationem:per quem etiam modum alie qualitates reflectunt. ¶ Ad sextum dicendum q̄ ex interfectione radiorum non sequit calor sicut ex confricatione corporum:sed quia ex occurrentibus multis radys:ad vnum punctū oportet multiplicari lumen ⁊ ex hoc multiplicat calor inquantum lumē:ex hoc q̄ est qualitas p̄mi alterātis:habet q̄ ad alterationem iuuet:⁊ pcipue fm illam qualitatē que est simpliciter:⁊ maxime actiua. s. calor:ac per hoc virtuti p̄mi alterātis maxime conformis. ¶ Ad septimuz dicēdum:q̄ forma substātialis educit in actum per virtutem celi:⁊ ideo oportet q̄ lumen quod per celum in inferiora agit generationem rebus conferat. ⁊ ad formam substātialem moueat inquantum agit in virtute ipsius celi: sicut etiam calor ignis mouet ad formam substantialem ignis fm q̄ agit in virtute forme substātialis a qua fluit. ¶ Ad octauum dicēdum:q̄ lux:⁊ etiam lumen in genere qualitatis est:vt dicit Auicēna:⁊ quia passionem in sensu infert: oportet q̄ sit in tertia specie:nec tamen oportet q̄ contrarium habeat:eo q̄ est qualitas illius corporis:quod a contrarys natura remouit:vt sit vniuersaliter mouēs alterās ¶ Ad nonum dicēdum:q̄ successio que est in alia ratione aliarum qualitatum contingit ex hoc q̄ in patiente est q̄litas contraria que resistit actioni alterantis:quā oportet successiue expelli. Sed cum lux non habeat contrarium: sicut nec forma substantialis:ꝺyaphanum ad presentiam illuminantis statim lumen recipit:sicut materia facta necessitas per alterationez precedentē recipit formam substantialem. Et ideo sicut generatio est terminus alterationis:ita illuminatio motus localis:quo illuminās sit ꝑsens illuminato. vt dicit Lōmen. in sexto phȳsicoꝝ. ¶ Ad decimum dicēdum:q̄ sicut dicit Dyonisius in quarto capitulo de diuinis nominibus lumen solis recipitur in diuersis corporibus diuersimode fm diuersam capacitatem eoꝝ: ⁊ ideo aliqua sunt que illuminantur in superficie tantum vt corpora opaca. Aliqua vero sunt que illuminantur etiā in profundo:sicut ꝺyaphana:que tamē lucez non retinēt: quia impfecte lumen recipiunt. vnde oportet q̄ lumen in eis cesset absente illuminānte. Alia vō sūt que pfecti lumē recipiūt:⁊ lumē tenēt vt carbūculus ⁊ huiusmodi.

¶ Utrū productio lucis cōueniēter reciteᵗ. IIII.

**A** B quartuz sic proceditur. videtur q̄ inconuenienter lucis productio recitetur. Cum enim deus lux sit:nō decet eum vt a tenebris opera sua inchoet:sed ante lucez tenebre fuerūt. ergo videtur q̄ lux debeat esse de primo creatis:non ad opus distinctionis:sz ad opus creationis pertinens. ¶ Preterea. lux inuenitur in pluribus corporibus:nec omnium corporū est lux vna. ergo videtur q̄ inconuenienter vnius tantum lucis productio describatur in illo tantum loco existentis:vbi nūc est sol vt in littera dicitur. ¶ Preterea. dies et nox non fuerunt nisi fm accessum ⁊ recessum luminarium:sed hoc nō potest esse:nisi per motum circularem lux deferatur: cum ergo firmamentum quod circulariter mouetur secūda die sit factum:videtur q̄ inconuenienter in prima die fm lucem:tunc creatam fuisse dies ⁊ nox commemoratur. ¶ Preterea. omne quod fit ex aliquo:fit ex incontingenti:ideſt contrario. vt ex primo phȳsicoꝝ patet:sed soli non est aliquid cōtrarium. ergo nō potest esse q̄ ex luce tūc creata sol factus fuerit. ¶ Preterea. vt in secundo metheoꝝ habetur nubes ex vapoꝝibus congregatur qui ex terra ⁊ aquis resoluti superius ascēdūt:sed corpora



superiora non cōmunicant in materia cum iferioribus vt supra dictū est. ergo lux ex qua sol q̄si ex materia postmodum factᵒ dī nubes ee nō potuit.

**Sed in cōtrarium** sunt que in littera dicuntur.

**Respōdeo** dicēdū q̄ sicut dictū est lux est qualitas actiua corporis celestis:sicut calor est q̄litas actiua ignis. Calor autē habet quādā actionē cōmunem in quantuz est calor:qz fm q̄ in diuersis rebus inuenit determinat sua actio ad determinatos effectᵒ:sicut calor qui est in boe operat ad cōuersionē cibi in carnē humanā ⁊ in plāta ad substātiā plante:ita etiam ⁊ lux:q̄uis habeat actionē ꝺsequētē naturā lucis inquātū huiusmodi:determinat tñ sua actio fz q̄ in diuersis recipit ad diuersos effectus. vñ aliū effectū habet radius saturni q̄ Jouis. scōz boc q̄ dico q̄ ipsa lux fm vtutē cōem ptinet ad opus distinctionis sicut ⁊ calor:sed ideo iter opa distictionis p̄mo ponit:qz p̄mi corporis q̄litas actiua est. Sed postea determinatio ad diuersos effectᵒ fm diuersas vtutes corporibꝰ celestibꝰ collatas ptinet ad opus ornatus. Et iō dicit Dionysiᵘˢ in 4.ᵒca ᵈᵉ diuinis noibꝰ q̄ lumen solare est illud lumē qō Moyses in tribꝰ diebꝰ nostri tpis narrat:q̄uis tūc ifforme esset:qz. s. terminatio vtutis nō aderat.

**Ad primuz** ergo dōm. q̄ circa hoc est duplex opīo. Quidā. n. dicūt q̄ opus distinctionis statim cū ope creationis incepit:⁊ ideo stati lux creata est cū p̄mo creatis. Et sic patet q̄ nō a tenebris opᵒ dei ichoauit. Et hoc qdē oz dicere fm expositionē Augustini:q̄uis etiā Augustinus velit q̄ productio iformis māe itelligatur ante oēm diē nō tpe:sed natura. Alij vō dicūt q̄ p̄us tēpore fuit opus creationis:⁊ postea per aliqō iterualluum tpis formata est lux:⁊ tūc dies p̄mo icepit. vñ dicūt opus creationis añ oēm diē fuisse. Et hoc qdē magis ꝺsonat lre Genesis fm suū sensum planū:statim. n. posita creatione tenebras sup faciē abyssi ꝺmemorat:⁊ postmodū de lucis productione dicit:nec tñ est incōueniēs tenebras ꝑcedētes non i gñe ꝑuationis ponere:qz ꝑuatio ee nō potuit anteq̄ natura habitus oppositi. s. lucis corporibꝰ indita esset:sicut nec catulus añ nonū diē cecus vel p̄uatus visu dicit. vñ p tenebras ꝑcedētes lucē impfectio corporalis nāe ostēditur. quā qdē ex ꝺo nō bz a quo bz oīo id qō ꝑfectōis est:deceꝑs est autē vt ab impfectione ad perfectuz diuina opa adducerētur:vt sic ab ipso oīs pfectio esse ostēderet. vnde dicit Augustinus in zᵒ sup Genesiz. q̄ si aliquid impfectū deus fecisse dicat qō postmodū ipse pficeret:nihil reprehensionis habz ista snīa. ¶ Ad zᵐ dōm q̄ in lucis ꝓductiōe itelligit ꝓprietas luciditatis ⁊ ꝺyaphaneitatis que ad lucis genus reducit oibus corporibꝰ lucidis ⁊ ꝺyaphanis collata fuisse: sed tamen fm Dyonisium in 4.ᵒca ᵈᵉ diuinis noibꝰ sol est p̄ncipiū ⁊ fons luminis illuminās supioza ⁊ iferioza corpora: ⁊ ideo p lucē illā ipse itelligit lumē solis:tūc ifforme:⁊ magister etiā dicit in littera q̄ ex ea formatū est corpus solis. ¶ Ad 3ᵐ dōz. q̄ circa hoc est duplex opīo. Damascenus. n. dicit q̄ in illo die fiebat dies ⁊ nox per ꝺtractionem luminis ⁊ emissionē:sicut etiā suos radios retraxit in terra egypti cum alibi lux eēt. vt dī Exo. ioº. Et sil'r in passione dñi qñ tenebre facte sunt sup terrā. vt habet Matħ. zvıº. Sz hoc nō pōt eē:quia illuminare est actio a corpore lucēte p̄ueniēs fm necessitatē nature:⁊ ideo opz q̄ semp illumiet corpora sibi directe opposita:nisi forte ponerē habere aliqua coopcula:sicut sunt palpebre oculoz:q̄bus se tegeret: qō est ridiculū dicere. Aut nisi ponat hoc vtute diuina fieri:⁊ quasi miraculose:⁊ hoc nō ꝺuenit ponere in p̄ma institutione nature. vt Augustinus dicit. Et ꝑterea exēplū de passione cristi nō est ꝺueniēs:quia obscuritas illa nō fuit facta per cōtractionē radiorum solis:sed per interpositionem corporis lunaris. vt Dyonisius in epistola ad policarpum dicit:sicut etiam fit in eclypsi solis:q̄uis tūc tēpus nō esset eclypsis:vnde miraculosa fuit. Et ideo aly dicūt vt in lra dicit q̄ dies ⁊ nox fiebāt per motū circularem illius lucis q̄ accedebat ⁊ recedebat:nec ē icōueniēs subas spheraz q̄ lucē reuoluerēt a pncipio creationis fuisse q̄bus postmodum alique virtutes collate sunt in opibus distinctionis ⁊ ornatus. Aut si substātie spherarum nō erāt suis figuris determinate ipsum corpus lucidum naturaliter circulari ter mouebatur:cum esset de natura quinte eētie:⁊ ita suo motu circulum describebat sicut lapis suo motu lineam rectam fecit rectius etiam q̄s ars. ¶ Ad quartū dicēdum q̄ substātia corporis solaris a pncipio creatiōis in sua forma substātiali fuit:vñ ipsum corpus lucidum substātia solis fuit:sed dicit ex eo sol quarta die factus p additionem noue vtutis:sicut dicitur ex homīe nō musico fieri homo musicus. ¶ Ad quintū dicēdum:q̄ nō fuit nubes fm veritatē substātie. sed fm similitudinē proprietatis:quia sic nubes lucida recipit lumē a sole in minori claritate q̄s sit ipso fonte:ita etiā suba solis habuit p̄mo lumē impfectū: qō postmodū quarta die ꝺsūmatum est.

¶ Utrum pr̄ faciat oīa per filium. V.

**A** D quintuz sic proceditur. videtur q̄ pater non faciat omnia p filium. Illud enim per quod fit aliquid imediatius se habz ad effectum q̄ faciēs per ipz. sed filius nō est immediatius pncipium rerū q̄s pater cum ambo eque immediate operentur. ergo pater per filium non operatur:¶ P. per. denotat habitudinem cause:sed filius respectu nullius quod est i patre causa vel pncipium dici potest. ergo filius non est per quem pater operatur. ¶ P. fm Damascenum:excogitatio dei est opus eius:sed non potest dici q̄ pater sit sapiēs per filium vel intelligēs:ergo videt q̄ nec per filium opetur: cum idem sit deo esse quod operari. ¶ P. per. notat causam mediaz:filius autē est causa p̄ma. ergo videt q̄ nō cōueniēter dicatur pr̄ per filium opari.

**Sz contra** est qō dicit ad hebre. p̄mo. Quez constituit be. vni. per quē fecit ⁊ secula. ¶ P. quilibet artifex per suam artem opatur. sed fm Augustinum filius est ars patris plena rationū viuētium. ergo pater per filium operatur.

Ad secundum sic ꝓceditur. videt q̄ nō tātū in rōnalibus creaturis imago dei iueniatur. Ad rōnē enim imaginis q̄lis in creaturis esse potest nō exigitur perfecta silitudo vt dictum est: sed sufficit imperfecta imitatio: sed quelibet creatura ex hoc esse habet: q̄ diuinā perfectionez imitatur. ergo quelibet creatura dici debet ad imaginem dei. ¶ Preterea. dicit Boeti. in libꝛo de consola. philosophie de deo loquens. Mundū mente gerens similiq; imagine formās. sed quelibet creatura in esse prodyt: ex hoc q̄ in mente diuina per suā ideam gestabat. ergo quelibet creatura potest dici facta ad imaginez dei. ¶ Preterea. vbi est expressioꝛ silitudo ibi magis saluat rō imaginis: sed pfectio diue bonitatis exꝑsius repsentat in toto vniuerso q̄ in aliq̄ pte eius. ergo totū vniuersuz magis debet dici ad imaginez dei q̄ aliqua creatura rationalis. ¶ Preterea. Dionysius in q̄rto capitulo de diuinis no. ostendit similitudinē diuine bonitatis maxie apparere i radio solari: sed expressio similitudinis causat imaginē. ergo radius solaris dz dici eē ad imaginē dei. ¶ Preterea. illud quod maxie exprimit ꝓpꝛietatem alicuius: maxie videtur ad ipsuz cōuenientia habere: sed in fine cele. hierarchie dicit Dio. q̄ in igne maxime oñdūt diue ꝓpꝛietates, ergo ignis maxie dz dici ad imaginē dei.

**Sed contra** ex hoc aia dicitur imago dei: qz eius capax ē. vt Aug. dicit: ꝙ sola creatura rōnalis ē capax dei. ergo ipsa sola ē ad imaginē dei. ¶ P. quāto aliq̄ creatura ē pfectior tanto est deo silior: ꝙ inter alias creaturas rōnalis nā altissimū gradū tz: in ipsa ergo pcipue imago dei iuenitur.

**Respondeo** dicēdū ꝙ vt dictuz est illa imitatio rationē imaginis cōstituit q̄ ē in aliquo ad spēz pertinēte. ex pmo autē z cōmuni nihil sortitur spēz: sed ex vltio z ppio: sicut ē differētia cōstitutiua. Cōsideratis aūt dine bonitatis pcessibus i creaturis: qb⁹ nāe create cōstituūtur i silitudinē nature icreate vltia iuenit itellectualis dignitatis participatio: z q̄ oēs alias pstupponat: z ideo itellectualis nā attingit ad imitationē diuinaz in quo quodāmodo cōsistit spēs nāe eius: z ide est ꝙ in ea dē operatiōe ponimus vltimā felicitatē itellectualis creature: in qua ē felicitas dei. s. in cōtemplatiōe itellectiua: z ideo sola intellectualis creatura rationabiliter ad imaginem dei dicitur esse.

**Ad primum** ergo dicēduz. ꝙ quānis q̄libet creatura aliqd participet de rōne silitudinis dine: nō tamē potest dici eius imago rōne predicta. ¶ Ad scōz dicēdū ꝙ silitudo opis potest dici ad operantē dupl'r: aut quātū ad id qō hz in nā sua: sicut hō gnat hominē: aut quātū ad id qō hz in itellectu suo: sicut artificiū ab artifice i silitudinē artis sue pcedit: vtroq; mō. pcedit creatura a deo i silitudinē eius. Prio mō: qz ab ente st entia: z a viuo viuētia. Scōo mō: qz procedunt a rōnibus idealibus: cū ergo vnaquēq; res ptingat ad pfectā imitationē eius: qō ē in itellectu dino: qz talis ē qualē eā eē disposuit: z ideo quātū ad hūc modū silitudinis q̄libet creatura potest dici imago idee i mēte dina existētis: vñ dicit Boetius i libro de trinitate: ꝙ forme q̄ sūt i materia possunt dici imagines: eo ꝙ ab his formis venerūt: q̄ sine materia sūt: sed quātū ad aliū modū sola itellectualis nā pertingit ad vltimū graduz imitatiōis: vt dcm̄ ē: z iō ipsa sola dicit imago dei. ¶ Ad tertiū dicēdū ꝙ silitudo dine bonitatis quātū ad nobilissimas participatiōes ipsius nō resultat i vniuerso: nisi rōne nobilissimaꝝ partiū eius q̄ sunt itellectuales nāe: nec p se de toto pōt dici: z primo qz nō cōuenit sibi rōne oiuz partiū: vt i. 6. phi. dr frequēter: z ideo vniuersuz nō pōt dici imago dei: ſz itellectualis nā. ¶ Ad q̄rtū dicēdū ꝙ silitudo radij solaris ad dinā bonitatē tota attēdit quātū ad causalitatē: z nō quātū ad dignitatez nāe q̄ rōe imaginis pficit. ¶ Ad quintū dicēdū ꝙ ppietates dine ostēdunt i creaturis dupl'r: vel scōz silitudinē analogie: sicut vita sapia: z hō: q̄ analogice deo z creaturis conuenit: z sic dine ppietates pcipue oñdunt i rōnali natura: vel scōz silitudinē pportiōis: sm ꝙ spūales ppietates corporalibus metaphorice designāt: z hoc mō in igne oñdunt ppietates dine: vt i pmo lib. di. 33. dcm̄ ē: ſz h̄ silitudo nō facit rōnē imaginis. Vñ Dio. vocat eā in scōo capitulo cele. hierar. dissimilē similitudinē.

## Utrum imago dei magis reperiatur in angelis q̄ in hominibus. III.

**Ad tertium** sic pcedit. vr ꝙ imago nō magis i angelis q̄ in hoibus inueniat. Ea. n. q̄ sequūt nāz equal'r inueniunt i oibus hūtibus nāz illā: vt visibile i hoibus: sed eē ad imaginē dei cōsequit itellectualē nāz. ergo i oibus hūtibus itellz ē equal'r. ¶ P. ſz Aug. eo ipso est aia imago dei ꝙ capax eius eē pōt: ſz nō magis capax dei est āgelus q̄ hō: cū in fruitiōe dinitatis hoies āgelis equēt. q̄ eē ad imaginē nō magis āgelis q̄ hoibus cōuenit. ¶ P. vt dicit Aug. inter mentē nr̄az z deū nihil est mediū: ſz qō magis imitat deū: cadit mediū inter ipsuz: z id qō minus imitat ipz: ergo āgelus nō magis ē ad imaginē dei q̄ mes būana. ¶ P. ad hebr. xi. dicit gl. ꝙ nā mētis būane quā xp̄s assūpsit nihil post deū ē melius: ſz xp̄s assūpsit mētez eiusdē nāe cū nr̄is mētibus: cū ergo vnūqōq; tāto sit melius quāto expressiori imagie deū imitat: vr ꝙ eē ad imaginē nō magis āgelis q̄ hoibus ꝓueniat. ¶ P. de btā v̄gine dicit Dieronym⁹: ꝙ exaltata ē sup chozos āgelorum ad celestia regna: ſz hoc nō posset eē: si ipsa eēt minus ad imaginē dei q̄ āgeli: ergo cū ipsa vere z pure nāz būanā habeat videt ꝙ imago nō plus in āgelis q̄ in hoibus iueniat.

**Sz cōtra** est qō dicit Hzego. qō āgelus dr signaculū silitudis: qz i eo dine imagis silitudo magis insinuat expssa. sed scōz hoc aliqd dr eē magis ad imaginē scōz ꝙ expssius imago dei in ipo relucet. ergo āgeli sūt magis ad imaginez dei q̄ hō: sil'r ēt vr ꝙ vir magis q̄ mulier p id ꝙ pme coz. xi. gdā gradus iter vir z mulierē ostituit: dū dr: vir imago dei: z mulier imago viri: z ita nō in oibus babētibus imaginē imago equal'r inuenit.

**Respondeo** dōz ꝙ de imagine possumus log du plr: aut quātū ad id i quo ppie cōsistit imaginis rō: aut quātū ad id ad qō secūdario assignat silitudo imagis ppe. n. z pncipal'r imago itellectualis nāz ꝓsequit. Uñ oz ꝙ vbi itellectualis nā pfectius iuenit: ēt ibi sit imago expssior: z sic cū nā itellectualis multo sit dignior in āgelis q̄ in hoie: eo ꝙ pp obūbzationē itellectualis luminis hō rōnalis dr: cū rō sit qdā itellectus obūbratus: opz ꝙ in āgelis sit expssior dei imago q̄ in aia z āgelis supiozibus q̄ in iferiozibus z in viro q̄ i muliere. q̄uis ista diuersitas sit minor q̄ pma: qz nō sequit diuersitatez nāe ſz spēz: assignat ēt imago dei in hoie: sed nō ita ppie q̄tū ad alias ppietates ꝓsequētes: sicut ꝙ hō dñatur iferiozibus creaturis sicut etiā deus i toto vniuerso: z ē quodāmō finis eaz: z hoc innuit Hene. i. vbi post id qō dcm̄ est Faciam⁹ hoiez ad imaginē z̄. subiūgit. Ut p̄sit piscib⁹ z̄. Et sil'r sicut deus ē totus i q̄libz pte vniuersi: ita aia i q̄libet pte corporis: z ſz hoc z hō alia nihil phibet hoiez magis ad imaginē dei eē q̄ āgelū: sed hoc ē scōz qd z nō sim plr: qz iudiciū silitudinis vl diuersitatis qō sumit ab essentialibus rei est multo firmius.

**Ad primū** ergo dicēduz. ꝙ ea que ꝓsequūtur nām eq̄liter iueniūtur in oibus hūtibus nāz illā eq̄liter: nā āt itellectualis nō eq̄liter iuenitur in āgelis z in hoibus: sed in āgelis multo nobilioz. ¶ Ad scōz dicēduz ꝙ imago iuenitur in hoie z in āgelo quātū ad nālia sua: nō quātū ad habitū gratie vel glie. Cōsideratis āt nālibus āgeli z hois magis ē capax dine cognitōis āgelus q̄ hō: z ꝙ hō ad eq̄litatē āgelorum pducitur i dina fruitiōe est gr̄e z nō nāe: z iō obiectio nō pcedit. ¶ Ad 3m dicēdū. ꝙ iter mentē nostrā z deū nihil est mediū q̄si obz btitudinis: ſz imediate in deū nr̄a mens tēdit: a quo etiā imediate p gr̄az viuificat: z tamē ē aliqd mediū quātū ad gradū nāe. s. angelica nā: vt p̄z ex Dionysio. i. 4. capō. cel. hierar. Augustinus etiā dicit angeluz ꝓpe deum factum z materiā ꝓpe nihil: z ideo obiectio nulla est. ¶ Ad quartuz dicēduz ꝙ natura humana quā xp̄us assūpsit ē multo nobilioz q̄ quelibet creatura: sed hoc habet ex vnione diuinitatis: z nō ex pricipijs eēntialibus: z ideo nō sequitur similis ratio de mentibus humanis nō vnitis. Assūpsit enī dei filius humanā naturā: vt Damascenus dicit in 3o libro. i. in individuo z nō in specie: z sic etiā natura mentis humane in gloria pdicta accipitur. ¶ Ad quintū dicēdū. ꝙ exaltatio beate virginis sup chozos angelorum: nō fuit nature sed gratie: z ideo per hoc nihil pbatur.

¶ Utr imago z silitudo ꝓpriēter distiguāt i scā. IIII.



**Ab quartuz** sic pcedit. vr ꝙ inēpriēter imago z silitudo in scā distiguant. Illud. n. qō ponit in diffōne alicui⁹: vt genus nō distinguit ab ipso: sic aīal ab hoie: sed sm Ilariū imago est rei ad rē coequandā imaginata z idiscreta silitudo. ergo imago z silitudo distingui nō debēt. ¶ P. sm quozūdā opionē homo in gratuitis creat⁹ nō est. sed inocētia z iusticia ad gr̄az ptinent. q̄ icōueniēter silitudo in qua hō fact⁹ est p iusticiaz z inocētiā. exponit in scā. ¶ P. cognitio z amoz noīant actū vel passionē: sed act⁹ z passio nō semp remanēt in aio. Cū ḡ imago semp maneat: vr ꝙ icōueniēter imago ſz dilectionē vel cognitionē assigneт. ¶ P. amoz ad volūtatē ptinet. volūtas aūt est pars imaginis. q̄ icōueniēter distinguit silitudo ab imagine: p hoc ꝙ silitudo in amore vtutis ꝓsistit. ¶ P. volūtas ad cognitionē nō ptinet: z tñ pars imaginis ab Augustino ponit. ḡvr ꝙ icōueniēter dicat imago ad cognitionē veritatis ptinere. ¶ P. nā itellectualis ad essentiaz aīe ptinet: sed nām itellectualē segt imago: vt dictuz. est. q̄ vr incōueniēter dici ꝙ silitudo ad essentiaz ptineat. imago vo ad alia que sunt in anima.

**Respondeo** dōz: ꝙ in rōne imagis icludit silitudo z nō econuerso. vñ si silitudo ꝺ imaginez distinguat: oz spāl'r sumi silitudinē que deficit ratiōe imaginis: sic ꝓpriū ꝺiuidit diffōni nomē cōe qō de diffōne pdicat: sed sm illā rōnē determiate acceptū qua deficit a pfectione diffōnis. cū ergo imago iportet imitationē in his que ptinēt ad speciē demōstrādā: opz ꝙ similitudo accipiat in eo ꝙ deficit a demōstratiōe spālis nature: boc aūt cōtingit dupl'r: aut qz est p̄us z cōius q̄ sit natura spēi: sicut ppietates ꝓtes nāz generis: aut qz est posterius his que speciē demōstrāt: vt accitia ꝓsequentia pncipia idiuidui. Si ergo accipiat defect⁹ p modo: sic est vltima distinctio que in scā assignat: sm hoc eni dicēt silitudo sm cōuenientiaz in illis que ꝓsequunt essentiā inquantū est essentia: z nō inq̄tū est itellectualis: vt in corruptibile z indiuisibile: z hō. imago aūt attēdit ſz ea que ppie intellectualē nāz ꝓsequit. Si aūt attēdat defect⁹: ex hoc ꝙ est posteri⁹: hoc est dupl'r: quia aut hoc est sm ordinē potētie nālis ad potētiā: z sic p̄mū demonstrās naturā intellectualē est potentia cognoscitiua z actus eius z posterius erit volūtas z actus ei⁹ que ꝓsequit applēsionē cognoscitiue vtutis: z sic erit scōa dist. qz imago pertinebit ad cognitionē veritatis que est p̄mū demōstrās nāz intellectualē: silitudo autem ad amorē vtutis: aut ſz ordinē potētie ad habitū: z sic erit p̄ma distinctio sm ꝙ imago ptinet ad potentias. s. memoriaz: intelligētiā z volūtatez. Silitudo vo ad habit⁹ ꝓtes. s. innocētiam z iusticiam.

**Ad primuz** ergo dōz: ꝙ silitudo cōiter sumpta nō diuidit cōtra imaginē: sed silitudo deficiēs a rōne imaginis: sicut ppriū ꝺ diffōnē. ¶ Ad 2m dōz. ꝙ etiā si ponat hō nō creat⁹ in habitib⁹ gratuitis: cōstat tñ eū esse creatū in habitib⁹ nālib⁹ integris z pfectis: z q̄tū ad hoc silitudo attēdet. ¶ Ad 3m dōz. ꝙ potētie innotescūt p actus z passiones: z ideo p cognitionē z amorē dz intelligi potētia cognoscitiua z amatiua que est volūtas. ¶ Ad 4.m dōz. ꝙ ratio illa non valet: qz pcedit ex diuersis distinctionibus: nec est incōueniēs: vt sm vnā dist. aliqd ptineat ad imaginē: z sm aliā ptineat ad silitudinē: qz in vna cōparatione pōt aliqd accipi vt p̄us aliquo qō in alia accipiē vt posterius respectu alterius sm quē modū p̄nt cōparari potentie intellectiue nature ad habitus: qb⁹ iueniunt ꝓtes. vel vna ad alteram: z sic est vna ꝓz altera. Et ita sicut aliquid est p̄us z posterius in aliq̄ cōparatione diuersimode acceptū: ita etiā pōt ad imaginē z silitudinez ptinere rōne pdicta. ¶ Et sil'r dōz est ad qntū. ¶ Ad 6m dōz. ꝙ intellectualitas: q̄uis ptineat ad essentiā nature intellectualis: nō tñ est de rōne essentie inquantū essentia: z ideo nō ptinet ad silitudinez que assignat sm cōes dr̄ias entis. s. simplex z cōpositū: corruptibile z incorruptibile z hō.

¶ Expositio textus.

**Quare creatus** sit hō. i. causa finalis hoīs: z qual'r institutus: qz ex anima z corpore. hec duo in pma distinctiōe huius libri dicta sunt. Et qual'r z quō fact⁹ hic icipit psequi. Deinde qual'r sit lapsus hoc psequitur. xi. distin. Et deiceps postremo qual'r z̄. Ḃ in tertio libro z in quarto. Que in mēte rōnali nāl'r sunt: Ḃ pōt itelligi ēt de habitib⁹ gratuitis ad quos aīa nāl'r est ordinata non ꝙ per pncipia nature causent. vel pōt intelligi de habitibus inatis: sicut phs in 6o ethycoz ponit ēt quasdam vtutes nāles. imago ḡ ptinet ad formā. s. spāle. silitudo ad naturā. s. cōem: z hoc sm vltimā distinctionē quam posuit. (Quocirca homo z imago z̄.) Ratio huius est: qz hec ꝓpositio ad. notat distātiā: qz vt dicit Augu. Filius est imaginatio patris nulla ex parte ei dissimilis: ideo ita dr̄ imago ꝙ nō ad imaginē: homo aūt: qz ipse deū imitat i natura intellectuali z a pfecta imitatione filij distat in quaz tamē tēdit vt pōt. ideo imago dr̄: z ad imaginem.

¶ Hic de creatione anime vtruz de aliquo facta sit: vel non: z quādo facta: z quam gratiam habuerit in creatione. ¶ Dist. XVII.

**Hic** de origie anime plura queri solet. s. vnde creata fuerit: z quā gratiam habuerit in creatione. Sicut hominis formatio sm corpus describit: cuz dicit. Formauit deus hominē de limo terre: ita eiusdem sm animam describit factura: cum subdit. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vite. Corpus enim de limo terre formauit deus: cui animam inspirauit. Vel sm aliam litteram: flauit vel sufflauit. Non ꝙ faucibus sufflauerit: vel manibus corporeis corpus formauerit: spūs enim deus est: nec lineamētis membroꝝ compositus est. Nō ergo corporal'r putemus deum corporeis manibus formasse corpus vel faucibus inspirasse animā: sed potius hominē de limo terre ſz corpus formauit: iubēdo: volēdo. i. voluit: z ꝓbo suo iussit: vt ita illa fieret. Et inspi. i fa. eius spi. vite. i. substantiaz anime in qua viueret creauit non de materia aliqua corporali vel spirituali: sed de nihilo. Putauerūt enim quidam heretici deum de substātia sua animā creasse: verbis scripture peruicaciter inhērētes quibus dicitur Inspirauit vel sufflauit z̄c. Cum flat inquiunt vel spirat homo: de se flatum emittit. Sicut ergo cum dicit deus flasse vel spirasse spiraculum in faciem hominis ex se spiritum hominis emisisse intelligitur. i. de sua substātia. Qui hoc dicunt non capiunt tropica locutione dictuz esse

sufflauit vel flauit.i.flatum hominis.s.animaz fecit.flare enim est flatum facere:flatum facere est aiaz facere. Unde dñs per Isaiam. Omne flatum ego feci. Non sunt ergo audiēdi qui putant animā esse partē dei. Si eniz hoc esset:nec a se nec ab alio decipi posset:nec ad malum faciendū vel patiendum cōpelli:nec in melius vel deterius mutari. Flatus ergo quo hominē animauit:factus est a deo:non de deo:nec de aliq̄ materia:sed de nihilo.

¶Hic querit quādo facta sit anima:an ante corpus an in corpore.

Sed vtrum in corpore:an extra corp⁹ etiaz inter doctores scrupulosa questio est. Augustinus eniz sup genesiz tradit animam cum angelis sine corpore fuisse creatam:postea vero ad corpus accessisse:neq̄ compulsa est incorporari:sz naturaliter illud voluit.i.sic creata fuit vt vellet:sicut naturale nobis est velle viuere. Male autē velle viuere non nature:sed voluntatis est peruerse. Alij vero dicūt animā primi hominis i corpore fuisse creatā:ita exponēres verba illa. Inspi.in faciē ei⁹ spiraculū vite.i.aiaz in corpore creauit:que totum corpus animaret:faciem tamē specialiter exprimit:q; hec pars sensibus ornata est ad ituēda supiora. Sed quicqd de anima primi hominis estimet:de alijs certissime sentiendum est q; in corpore creent. Creādo eniz infundit eas deus:t infundēdo creat. Bicenduz est etiā animā illā non sic esse creatā:vt prescia esset opis futuri iusti vel iniusti.

¶In qua etate de⁹ hoiez fecerit:in etate virili factus est homo p̄m superiores causas.

Solet etiaz queri vtrum deus hominem repente in virili etate fecerit:an p̄ficiēdo t etates augēdo:sicut nunc formatur in matris vtero. Aug.sup genesim dicit q; Adam in etate virili ꝓtinuo fact⁹ est:t hoc p̄m superiores:nō inferiores causas.i. p̄m voluntatē t potentiā dei:quā nature generibus non alligauit:qualr t virga moysi cōuersa est in draconē. Nec eni talia ꝓtra nām fiūt:nisi nobis q̄bus alr nature cursus innotuit:deo autē natura est qđ facit:nō ergo cōtra dispositionez suā illud fecit deus. Erat enim in prima causarum ꝓditione sic hoiem posse fieri:sed non ibi erat necesse vt sic fieret:hoc enim non erat in cōditione creature:sed i beneplacito creatoris cuius voluntas necessitas est. Hoc enim necessario futurū est:qđ vult t prescit. Aduita ꝙ p̄m inferiores causas futura sunt:sed in p̄sciētia dei futura non sunt. Si aūt alr ibi futura sunt:potius futura sunt sicut ibi sunt:vbi p̄scit illc qui nō potest falli. Sic ergo factus est Adam non p̄m inferiores causas:q; nō erat in rerum causis seminalibus vt ita fieret:sed p̄m superiores non cōtra nām operātes:quia in rerum causis naturalib⁹ erat vt ita posset fieri.

¶Qz homo extra paradisuz creatus in paradiso sit positus:t quare ita factum sit.

Hominē aūt ita formatū tulit deus vt scriptura docet:t posuit in paradiso voluptatis quā plātauerat a principio. His verbis apte moyses insinuat q; homo extra paradisū creat⁹ est:postmodū in paradiso sit posit⁹:qđ ideo factū dicit quia nō erat pmansurus in eo:vel vt nō nature sed vt gratie hoc assignaret. Intelligit aūt paradisus localis t corporalis in quo homo locat⁹ est. Tres eniz generales de paradiso snie sunt. Una eoz qui corporalr intelligi volūt tantuz. Altera eoz qui spūalr tantū. Tertia eorum qui vtroq̄ modo paradisum accipiūt. Tertiā mihi placere fateor:vt homo in paradiso corporali sit positus. Qui ab illo principio plātatus accipi pōt:quo terrā oēm remotis aqs herbas t ligna,pduccre iussit. Qui t si p̄sentis ecclesie vel future typum tenet:ad litterā tamē itelligēdum est esse locū amenissimū:fructuosis arboribus magnū:t magno fonte fecundū. Qđ aūt dicimus.a.p.cē.p.a.antiqua trāslatio dicit ad oriētem. Unde volūt qdā in oriētali parte esse paradisum longo iteriacēte spacio vel maris vel terre a regionibus quas incolūt homines secretū t in alto sitū vsq̄ ad lunare circulum ptingentē:vñ nec aque diluuij illuc peruenerūt.

¶De lignis paradisi inter que erat lignum vite t lignum sciētie boni t mali.

In hoc autē paradiso erāt ligna diuersi generis:inter que vnū erat qđ vocatuz est lignum vite:alterū vo lignū scientie boni t mali. Lignū vite dictū est:sicut docet Beda t Strabus:q; diuinitus accepit hāc vim:vt qui ex eius fructu comederet:corpus eius stabili sanitate t ꝑperua soliditate firmaret:nec vlla infirmitate vel etatis imbecillitate in deterius vel in occasum laberētur:lignum autē sciētie boni t mali nō a natura hoc nomē accepit:sz ab occasione rei postea secuture. Arbor.n.illa nō erat mala:sed scie boni t mali:iō dicta est:q; post,pbitionē erat in illa trāsgressio futura qua homo experiēdo disceret:qđ est inter obediētie bonū t inobediētie malū. Non ergo de fructu qui nasceret ide posituz est illud nomē:sed de re trāsgressionē secuta. Cognouit enim homo priusq̄ tāgeret hoc lignū bonum t malū:sed bonū per prudētiā t experiētiam:malū vero per prudētiā trīm:q; etiā p experientiaz nouit vsurpato ligno vetito:q; p experiētiam mali didicit qđ sit iter bonū obediētie t malū inobedientie. Si vo primi parētes obediētes essent:nec cōtra pcptū peccassent:nō ideo tamē minus discerēt lignū sciētie boni t mali:q; hoc ex eius tactu accideret si vsurparēt:a ligno ergo homo ꝓhibitus est:qđ malū non erat. vt ipsa p̄cepti obseruatio bonū illi eēt:trāsgressio malū:nec melius ꝓsiderāt q̄tū malū sit inobediētia q̄ hoc mō:cū ideo.s.reus factus esse homo:itelligit q; ꝓhibitus rē tetigit:quā si nō ꝓhibit⁹ tetigisset non peccasset:nec penaz sensisset:si.n. venenosam herbam,ꝓhibitus tetigeris:pena sequit:t si nemo ꝓhibuisset filr sequeret. Si etiam ꝓhibetur res tāgi:que non tangēti tantū:sz ꝓhibēti obest:sic aliena pecunia.ideo ꝓhibitū est peccatū:quia ꝓhibenti est damnosum. Cum vero tangit qđ nec tangēti obest si non ꝓhibetur:nec cuilibet si tangatur:ideo ꝓhibetur vt p se bonū obediētie:malū inobediētie monstretur. Sicut p̄im⁹ homo a re bona prohibitus:penaz incurrit:vt nō ex re mala:sed ex inobediētia pena esse mōstretur:sicut ex obediētia palma.

¶Diuisio textus.

Stenso q; homo pdux a deo in similitudine eius:sic a cā quodāmō vnioca. Dic determinat pductionē hois in se fz q; ex suis ptib⁹ ꝓstat. Et diuidit hec pars in duas. In p̄ma determiat pductionē viri. In z^a pductionē femie is.dist.ibi.(In eodez quoq; paradiso &c.) Prima in duas. In p̄ma determinat ꝓstitutionē hois. In scōa determinat locū qui sibi cōstituto in esse assignat⁹ est:sic ēt in nālib⁹ rei gñate debeť aliqs locus ibi.(Noiez aūt formatū &c.) Prima in duas. In p̄ma determinat pductionē hois ex parte aie. In scōa ex parte corpis.ibi.(Solet q̄ri vtr de⁹ hominē &c.) Circa p̄mū tria facit. Primo ostendit aie pductionez a deo. Scōo excludit circa hoc quozūdā errores. vnuz ex pte creātis ibi.(Nō ergo carnalr putemus). Alterū ex pte creati.ibi.(Putauerūt eni qdā &c.) Tertio determiat quādā dubitationē.ibi.(Sed vtr in corpe an ex corp⁹). Noiez aūt ita formatū &c.) Dic determiat locū q; hoi creato ē assignat⁹.s.paradisū. Et diuidit i duas ptes. In p̄ma describit paradisū. In z^a ligna paradisi.ibi.(In b aūt paradiso &c)

¶Questio. I.

Hic duo q̄rūt.p ō creatione hois ex pte aie.z^o de formatōe ei⁹ ex pte corpis. Circa p̄mū q̄runt tria. Prio vtr aia humana sit de eētia diuia. z^o si nō:vtr sit ō aliq̄ mā creata. 3^o vtr aia ex corpus creata sit.

¶Utr aia būana sit ō eēntia diuina. I.

Aduprimuz sic pceditur.vñ q; anima sit de essentia diuina p id qđ bñ Heñ.p. Inspirauit in faciē ei⁹ &c.sed illud qđ inspirat aliqd:flatū de se emittit.ergo aia est de eēntia dei.¶P.dr Actuū.i3. Nos.n.genus dei sumus:hoc autez nō ꝓuenit hoi:nisi p̄m aiaz:q; ab alys sensibilib⁹ secernit. ergo vr q; aiaz sit de ſuba nature diuine.¶P.cum nālis operatio ꝓsequat naturā:oz ea que in operatione ꝓueniūt i nā vel essentia ꝓuenire:sed aia rōnalis ꝓuenit in operatione intellectus cū deo:vt phūs in.to^o ethicoz dicit.ergo cōicat cū ipso in essentia.¶P.oē qđ intelligit:itelligit p silitudinē vel idētitatē:oz.n.q; itellect⁹ in actu sit intellectū in actu:qđ non ꝓtingit:nisi vel qz sunt idē per essentiaz:sicut deus seipm itelligit:vel qz silitudo itellecti recipit in itelligēte:vt pfectio eius:sed itellect⁹ noster itelligit deū:t sil⁹ mām p̄mā.sed hoc nō pōt esse p silitudinē abstractā ab eis:qz a simplicissimo nihil pōt abstrahi.ergo oz q; itelligat ipsa p idētitatē:t sic est idē per essentiā deus:t mā p̄ma:t aia itellectiua.¶P.quecūq; sunt t nullo modo differūt sunt penitus idē:sed itellect⁹ t mā p̄ma:t deus sunt t nullo modo differūt:ergo sūt penit⁹ idē.Probatio medie:q̄tū ad secūdaz partē:qz p̄ma ꝓstat.quecūq; differūt:aliq̄ dria differūt sed omne qđ differt ab altero aliq̄ dria:est cōpositū ex differentia:t quodā alio.Cum ergo pdicta tria sint penit⁹ simplicia.videť q; nullo mō differāt.¶P.illud qđ participatur ad esse cuiuslibet rei est de essentia cuiuslibet rei.Sed sicut dicit Dionysius in 4.^o ca.^o de diuinis noib⁹:participatiōe dine bonitatis aia:t oēs alie res sūt:t bone sūt. ḡ videtur q; diuina bonitas sit essentia cuiuslibet aie t cuiuslibz rei:sed diuina bonitas est sua essentia:ergo eēntia diuina ē ipsa essentia aie vel aliqd eius.

**Sed cōtra.** Illud qđ est in se tantū actus nō est possibile ad spēz alterā vel ad esse aliud:sed essentia diuina est actus purus cui nulla potētia pmisceť.ergo nō est possibilis adhuc vt trāsformeť in nām aie vl aliq̄ cuius alterius vel additionē aliquā recipiat.¶P.ei qđ ē actus purus nō admisceť aliq̄ ꝑuatio:qz ꝑuatio est eius qđ est natū habere:t nōdū habeť:sed aie adiūgunť multi defectus vel ꝑuatōes:vt ignorātia:malitia:t hꝺ.ergo anima non est de essentia diuina.

**Respondeo** dōz.q; quozūdā antiquoz pḧoz error fuit q; de⁹ eēt de eēntia oīuz rez. ponebāt.n.oīa esse vnū simplr t non differre:nisi forte p̄m sensum vel extimationē.vt Parmenydes dixit:t illos ēt antiquos pḧos secuti sunt qdā moderni.vt Dauid linādo Diuisit.n.res in ptes tres:in corpa:aias:t ſubas eternas seꝑatas. Et p̄mū indiuisibile ex quo ꝓstituunť corpa:dixit yle.Primū aūt idiuisibile ex quo ꝓstituunť aie:dixit noym vel mētē.Primū aūt idiuisibile in ſubstātys eternis:dixit ōm. Et hec tria esse vnū t idē:ex quo itez cōsegit esse oīa p essentiā vnum. Uerūtū hec positio t sensui ꝺdicit:t a pḧis sufficiēter ꝓbata est.¶Aly vo minus errātes dixerūt deum esse:nō qđē essentiā oīuz:sed ſubstātiaz itellectinaruz ꝓsiderātes silitudinē operationis t dignitatē itellectus t imālitatē eius:que error ortū hre potuit ex opīone Anaxagore qui posuit itellectū mouēte oia. Et fulcimētū hre potuit ex auctē Hen.p̄mo.inducta male itellecta:hoc etiā fidei ꝺriať t pḧoz dictis q ſubas itellectuales in diuersis ordinib⁹ ꝓstituūt t itellectū humanū yltimū in ordie oīuz intellectualiū:inter quos p̄mū ponūt itellectū diuinum:t hūc qđē esse oīo inmobilē:t fides tenet:t ratio demōstrat. aia aūt humana aliquo modo variabilis est.s.p̄m vtutez t viciū t sciētiā t ignorātiā. Noz aūt oīuz errozū t similiuz vnū vr esse p̄n^m t fundamētū:quo destructo nihil ꝓbabilitatis remanet. Plures enim antiquoz ex intētionibus intellectis iudiciū rerum nāliū sumere volūt:vnde quecūq; inueniunť ꝓuenire in aliqua intētione itellecta:voluerūt q; cōicarent in vna re:t inde ortus est error. Parmenidis

Universidad de Deusto

ꝛ Melyssi: qui videtes ens ꝑdicari de oibus locuti sunt de ente: sicut de vna quadā re ostendetes ens esse vnum ꝛ nō multa: vt eoꝝ rōnes indicāt i ꝓmo phy. recitate. Ex hoc ēt secuta est opio Pictagoꝛe ꝛ platonis ponētiū mathematica ꝛ itelligibilia ꝓncipia sensibiliū: vt qꝫ numerus iueniē in his ꝛ in illis que cōicāt in numero: sicut in quadā essentia vna: ꝛ sil'r qꝫ soꝛtes ꝛ plato sunt homo ꝙ sit vnus hō ꝓ eēntiam qui de oibus ꝑdicaē. Ex hoc ēt procedūt ples rōnes: Auicebꝛō in libꝛo fontis vite q semp vnitatez māe venaē ex equali cōitate ꝑdicatiōis. Ex hoc etiā deriuaē opio que dicit vnā essentiā generis esse in oib⁹ ſpēb⁹ re nō tm̄ fm̄ rōnē. Sed hoc fundamētū est valde debile: nō. n. opꝛs ꝙ si B est homo: ꝛ illud hō: ꝙ eadē sit humanitas numero vtriusꝫ: sicut in duob⁹ albis nō est eadez albedo numero: sed ꝙ hoc similiter illi in hoc ꝙ hꝫ humanitatē: sicut illud itellectus accipiēs hūanitatē: nō fm ꝙ est hui⁹: sed vt est humanitas formaꝛ itētionē cōez oibus: ꝛ ita ēt nō est neeessariuz ꝙ si in aīa est nā itellectualis: ꝛ i deo: ꝙ sit eadē itellectualitas vtriusꝫ ꝓ eēntiā ꝓ quā cādē eēntiā vtrūꝫ dicaē ens.

**Ad primuz** ergo dōz: ꝙ sic dicit Aug⁹. 7. sup Heñ. illa auctoritas nō cogit ponere aīaz ō suba dei esse. Primo: qꝫ hoc qō hō flādo emittit: est de aere exteriozi quē respirādo attraxit: nō de suba eius. Secū do: qꝫ ꝛ si esset de suba sufflātis. nullo mō esset de suba aīe. Et si etiā ponereē ō suba coꝛpis: deus aūt hoc modo se hꝫ ad totū vniuersum regēdo ipꝫ: sicut aīa ad coꝛp⁹. vñ nō sequiē aīaz hois esse de suba dei. Tertio: qꝫ aīa tm̄mō coꝛpori dnāē: vñ flatū nō nisi de coꝛpoꝛe facere pōt: deus aūt est supra oēm naturā. vñ nō oꝫ vt de coꝛpalib⁹ el'tis animā faciat: sed de nihilo eā creat ī mensitate ptāt is sue. vñ figuratiue dr̄: flare: quasi flatū facere. Isaie. 58. oēm flatū ego feci. ¶ Ad ꝛᵐ dōz. ꝙ dicimur nos esse gen⁹ dei ēt̄ū ad aīam nō ita ꝙ aīa sit de diuina eēntia: sed qꝫ pticipat nāz itellectualē que ēt in deo est fm ꝙ ēt dr̄ ad imaginē dei. ¶ Ad ꝫᵐ dōz: ꝙ cū aīa nō hēat eādē opationē numero quā deꝫ hꝫ sed similē: nō ſeqūt ꝙ hēat eādē nāz: ſz sil'ez: nec ex tali sil'itudine vnitas eēntie ꝛcludi pōt: vt dictū ē. ¶ Ad 4ᵐ dōz. ꝙ itellect⁹ creat⁹ intelligit deū nō ꝓ idētitatē nature: ſz per vnionē ad ip̄z que ē vel ꝓ aliquā sil'itudinē nō qdē abstractā: sed effluxā a deo in intellectū: ꝛ būc modū intelligēdi: vocat Aui. ꝓ impſſionē dicēs intelligētias in nobis esse: ex hoc ꝙ impſſiones eaꝝ in nobis sunt. vel ꝓ vnionē ad ipsaz essentiā lucis in create: sicut erit in patria: mā aūt ꝓma cognoscibilis est: nō ꝓ aliquā ſpēm ab ipsa recepta: ſz ꝓ analogiā ad fozmā: vt dr̄ in ꝓ phy. ꝛ iō est de illis que suo ōfectu pfecte itelligi nō valēt. vt dicit Boe. in lib. de duab⁹ naturis. ¶ Ad ỹᵐ dōz. ꝙ fm̄ pbm̄ in. io⁹ meta. nō est idē esse diuersum ꝛ esse differēs: qꝫ differēs ad aliqd dr̄. vñ oꝫ omne differēs, ppzie loqndo aliq̄ differre: diuersuz aūt absolute dr̄. vñ que diuersa sunt nō oꝫ aliquo diuersa esse: ſz seipsis. Si. n. opoꝛteret oīa diuersa in aliquo differre: in infinituz abireē. ꝛ iō oꝫ ōuenire ad ꝓma simplicia que seipsis diuersa sunt: vt ꝓz in oꝛys gb⁹ ſpēs distinguunt̄. si g̃ differēs ſtricte sumaē fz ꝑdictā acceptionē. sic ꝑ⁹, ppositio falsa est: eo ꝙ aliq̄ nō differūt que diuersa sunt. Idez aūt nō differēti: sed diuerso opponiē. Si aūt sumaē differēs large, ꝓ diuerso ꝛ differēti: sic ꝓma, ppositio va est: sed media est falsa: vt ex ꝑdictis ꝓz. ¶ Ad 6ᵐ dōz. ꝙ creature nō dicunt̄ diuinaz bonitatē pticipare q̃si prē essentie sue: sed qꝫ sil'itudine diuine bonitatis in eē ꝛstituunt̄ fm̄ quā nō pfecte diuinam bonitatē imitant̄: sed ex parte.

¶ Utꝛ aīa hūana sit ꝛstituta ex aliq̄ mā. II

**Ad secundū** sic ꝓcedit̄. vr̄ ꝙ aīa ex aliq̄ mā ꝛstituta sit. Omne enī qō est ꝑ aliqd in nā: est cōpositū ex mā ꝛ forma vt in scō de aīa ꝓz. sed aīa rōnalis est hō. qꝫ est per se sine coꝛpoꝛe exist̄es ab alia aīa eiusdē speciei numero distincta. ergo ꝛē. ¶ P. in quocūq; inueniūtur ꝓprietates materie: oꝫ materiā inueniri: cum ꝓprietates rei a re nō separent̄: ſz in aīa inueniunt̄ quedā ꝓprietates materie: vt subyci: recipere pati ꝛ hō. ergo vr̄ ꝙ sit ex mā cōposita. ¶ P. fm̄ pbm̄ in scō meta. necesse est imaginari materiā in re mota: sed aīe mutabilitas ostendit̄ ex hoc ꝙ vicys ꝛ fallacys deformis reddit̄. formaē aūt ē vtutibus veritatiſq; doctrina fm̄ Aug. 7. sup Heñ. ergo in aīa est materia. ¶ P. fm̄ pbm̄ in 8⁰ metaphysice: nullius agentis actio terminaē: nisi ad cōpositū: sed actio creātis dei terminaē ad animā quā in esse ꝓducit. ergo est ex materia ꝛ forma ꝛpositā. ¶ P. nihil vi uit seipso nisi deus: sed aīa nō tm̄ viuificat coꝛpus: sed ꝛetiā viuit. ergo seipsa nō viuit: sed aliquo sui. sed omne illud in quo est ꝓncipiū vite ꝛ recipiēs vitā: est ex materia ꝛ forma ꝛpositū. ergo ꝛē. ¶ P. in omni creato differt qō opatur ꝛ quo opatur: quia solū ꝓmo agēti cōuenit per essentiā agere: alys autē per participationē alicuius qō ad essentiā additur. sed aīa hꝫ opatiōes ꝓprias: ꝛ sic illis opationib⁹ ipsa est operās. ergo nō est quo operaē: ꝛ sic nō videē eē forma simplex: sed materiā habēs: qꝫ forma est ꝓncipiū quo operatio ꝓducitur.

**Sed contra,** quāto aliqd est ꝓpinquius vni ꝓmo ꝛ simplici: tāto magis est vnū ꝛ simplex vt in lib. de causis dr̄. sed īter formas naturales aīa deo est ꝓpingoꝛ. g̃ cū alie forme sint simplices: multo foꝛtius aīa. ¶ P. forma substātialis nō est forma substātialis: sic nec qualitatis qualitas: sed omne qō habet materiā: habet ēt substātialē formā dātē esse materie. cuz ergo aīa sit forma substātialis: videē ex materia cōposita nō sit. ¶ P. Augusti. sup genī. 7. ōducēdo per singula ostēdit animā ex materia nō esse factā. Nō. n. pōt facta fuisse ex materia ſpūali rōnali: qꝫ si natura rōnalis ex qua fit beata fuisset nō in penis imitata esset: quia materia cum formaē a deo in melius formaē. Si vo misera fuit: opꝫ ꝙ ꝓcesserit culpa: qō ē cōtra aplm̄ Ro. 9⁰. cuz nōdū aliquid boni egissent aut mali ꝛē. Si aūt nec beata nec misera: tūc vsum rōnis nōdum habebat: sicut in pueritia ꝛtingit: ꝛ sic ociosa erat. Simil'r nec ex materia spirituali irrōnali: quia boc esset ꝓpinquuz opinioni que ponit animaꝝ de coꝛpoꝛe in coꝛpus transitū. Et ꝓterea. cum anima aliquid intelligit ab omnib⁹ coꝛporalibus se retrahit qō nō cōtingeret si de natura coꝛpoꝛis esset. sed ex omnibus ꝑdictis sic pōt argui: omne qō habet materiā fm̄ Augu. dicit̄ ex materia factū: quāuis materia tpe nō ꝓcesserit. Si ergo anima nō pōt dici facta ex materia. vt ꝓbatū est aīa materiā nō habet.

**Respōdeo** dicēdū. ꝙ mihi nō videē in anima vel i aliqua spirituali substātia aliquo modo esse materiam: sed ipsas esse simplices formas ꝛ naturas: q̃uis quidā aliter dicant. Et ꝓter alias rationes quib⁹ boc de angelis impossibile videē. vt supra dist. 4ª. dictum est etiā quadā speciali ratione: materia a rōne anime secluditur: cum enim anima sit forma coꝛpoꝛis: oꝛtet ꝙ vel tota essentia sua sit coꝛpoꝛis forma vel per partē essentie sue si fm̄ essentiā suam totam: impossibile est ꝙ pars essentie sit materia: quia id qō in se est potētia pura non potest esse forma vel actus alicuius: omnis aūt potētia in genere substantie est potētia pura: quia est īmediatū subiectū substātialis forme ꝛ generationis: vt in ꝓmo de generatione dicit̄. Si aūt fm̄ partē substantie sue est forma coꝛpoꝛis per quā est in actu: ꝛ nō fm̄ alterā que est materia eius: sequitur duo incōueniēt̄ia: vnum est: ꝙ vnus actus numero est forma diuersaꝝ materiaꝝ. ſ. materie coꝛporal' ꝛ materie spiritualis ex qua essentia anime cōstituitur. Aliud est ꝙ i potētys non vnius generis est vnus actus perficiens: coꝛporalis enim materia ꝛ ſpūalis nō possunt est vnius rationis. ¶ Et ꝓterea. illud qō est tm̄ actus coꝛporis viuentis animam vocamus. Et sil'i rōne Auicē. ostēdit in sua meta phȳsica ītelligētias esse simplices: nec tamē negamus animaz rōnalez quēdam moduz cōpositionis habere. ſ. ex eē ꝛ qō est: vt supra di. 19. de angelis. ꝛ in ꝓmo di. 8. de ipsa aīa expositū est: qui tamē cōpositionis modus in alys formis nō iuenitur: quia nō possunt esse subsistentes: quasi in esse suo: sed sunt per esse compositi: ꝛ in hoc aīa deficit a simplicitate diuina: boc ēt in ꝓmo. di. 8. plenius expositū est.

**Ad primum** ergo dicēduz: ꝙ boc aliqd in natura pōt dici ex duob⁹: aut ex eo ꝙ habet esse subsistēs in natura: ꝛ sic anima rōnalis est ꝑ aliquid: ſz ex boc nō ſequiē ꝙ ex materia componaē: boc enim subsistenti accidit. ſ. ex materia ꝛponi. Alio modo pōt dici boc aliqd per boc ꝙ aliqd qō est pars essentie sue indiuidua tur: ꝛ sic anima nō est boc aliquid: ꝓncipiū enim īdiuidua tionis animarū est ex parte coꝛporis: ꝛ tamē etiā post separationē coꝛporis remanēt indiuiduate ꝛ distincte: vt in ꝓmo lib. dictū est. di. 8. ꝛ sic accipit ꝑz boc aliqd in scō de aīa. vnde ibi exp̄sse negat aīaz esse hoc aliqd. ¶ Ad ꝛᵐ dicendum. ꝙ pati ꝛ recipe: ꝛ ola hꝫ dicūtur de aīa: ꝛ de reb⁹ materialibus equiuoce: vt ꝓz ex pbo ī ꝫ⁰ de aīa: ꝛ ex cōmē. ibidē. vñ nō oꝫ ꝙ materia in aīa inueniatur: sed sufficit ꝙ sit ibi aliqua potētialitas: qualis aūt illa sit supra tertia di. de angelis dictū est. ¶ Ad tertiū dicēdū: ꝙ nō requiritur materia eiusdē rōnis ad omnes motus: qꝫ ad motū localē nō requirit̄ materia que sit in potētia ad esse: sed solū que est in potētia ad vbi. Simil'r etiā ad variationē que est de vicio ad virtutē: vel ecōuerso nō requirit̄ materia que sit in potētia adesse quasi pars essentie ipsius mobilis: ſz regꝛitur materia trſ: que sit in potētia ad virtutē: ꝛ boc est ipa substātia anime. ¶ Ad quartū dicēdum: ꝙ ꝑs loquit̄ de agēte naturali qō ex materia operaē. vt rationes sue ostēdunt que ex boc ꝓncipio, pcedūt: ꝙ in omni factiōe opꝫ eē tria. ſ. ex quo fit: ꝛ in id in quod factio terminaē: ꝛ ipsum faciēs: ꝛ ex boc ꝛcludit ꝙ fieri nō est fozmaꝝ: nisi per accūs. ista aūt ꝓncipia nō cōcedimus in actione diuina per quaz animā creat: ꝛ ideo nō oꝫ animā vel aliā substātiā spiritualem a deo creatā: ex materia cōpositā esse: qꝫ etiā fm̄ Aui. agēs diuinū nō agit per motū vt materiā exigat. Tōmē. ēt dicit in. ii. meta. ꝙ actio equiuoce dicit̄ de actione qua deꝫ agit ꝛ de actione naturali. ¶ Ad qntū dicēdū: ꝙ fm̄ pbm̄ in scō de aīa. viuere nihil aliud est q̃ esse viuētium. vnde sicut anima rōnalis est: nec est illud quo est: ita etiaꝫ viuit: nec est illud quo viuit: sed sicut illud qō est formal'r nō est aliqua forma que sit pars essentie eius: sed ipsuz suū eē: ita id quo viuit formal'r: nō est aliqua forma que sit pars eēntie eius: sed ipsuz suū viuere: sed id quo est: ꝛ quo viuit effectiue est ipse deus que oibus esse: ꝛ vitā influit in reb⁹ qdē cōpositis mediāte forma que est pars essentie eaꝝ. in substantys aūt simplicib⁹ per totā essentiā eaꝝ. deus aūt nō ē nec viuit ab aliquo efficiēte ꝓncipio: sed ipse etiā est suū viuere ꝛ suū eē: ꝛ in vtroq; boꝝ deficit aīa a ꝑfectione diuīe vite. ¶ Ad 6ᵐ dicēdū. ꝙ illud quo operaē aīa dupl'r accepti differt ab ipsa. Operaē eni aīa aliquo influēte sibi esse viuere: ꝛ opari. ſ. deo qui operaē oīa in oibus: que cōstat ab aīa differre. opaē ēt nāli sua potētia que ē ꝓncipiū sue opationis. ſ. sensu vel itellectu que nō est essentia eius: sed vt⁹ ab eēntia fluēs. Neutro aūt modo deꝫ opaē alio a se: quia a seipso opari hꝫ ꝛ ipse est sua vtus. nō aūt dicit̄ aīa opari ali



quo qō nō sit ipsa: sed pars eēntie sue: sicut coꝛpa nālia operaṅ̄ forma que est pars eēntie eoꝝ: ſz mediāte aliq̄ vtute quasi instr̄o: sicut ignis mediante caloꝛe.

¶ Questio. II.

**Quertio** querit̄: vtruz aīa extra coꝛp⁹ creata sit. Et circa hoc querunt̄ duo. Primo vtꝝ sit vna aīa vel itellect⁹ oīnz hoium: quasi q̃dā suba separata in oīa coꝛpa ifluēs. Scōo si sint ples vtrū sint in coꝛpe an extra coꝛp⁹ create.

¶ Utrum aīa intellectiua vel itellect⁹ sit vnus in omnibus hominibus. I.

**Ad primum** sic ꝓcedit̄. videē ꝙ aīa rōnal' vl'itellect⁹ sit vn⁹ numero in oībus. Nulla. n. forma multiplicatur fm̄ esse ad diuisionē māe: nisi forma materialis: sed itellect⁹. vt in ꝫ⁰ de aīa ꝑbaē non est forma mālis cū nō sit actus coꝛpis cuiusdā qō ex ipso suo actu ꝑbaē: qꝫ cognoscit oēs fozmas māles: qō nō posset eē si aliquā eaꝝ bēret in nā sua: vel determiareē ad eā ex coꝛpoꝛe: cui⁹ eēt actus: sicut vt⁹ visiua nō cognosceret oēs colores. si pupilla que est oꝛganū eius hēret determinatū colorem. ergo itellect⁹ nō multiplicaē fm̄ eē ad diuisionē māe ꝛ ita manet vn⁹ in oīb⁹ idiuiduis humane ſpēi: que nō nisi ꝓ māz diuiduṅ̄. ¶ P. ipoſe est ꝙ ꝓncipiū sit mālis q̃ ꝓncipiatum: quia ꝓncipium opꝫ eē simplici⁹: sed sic ab omnib⁹ ꝛcedit̄: aliq̄ sunt potētie aīe rōnalis que nō sunt act⁹ coꝛporis cuiusdā nec oꝛganis affixe: cui⁹ ꝓncipiuz ꝛ radix est ipsa eēntia aīe. g̃ vr̄ ꝙ nec ipsa aīa rōnalis coꝛpi vniaē ꝓ eēntiā suā: sicut act⁹ ei⁹: ꝛ ita sequeē vt vr̄ ꝙ ad diuisionē coꝛpoꝛ aīa rōnalis nō distinguaē. ¶ P. oē qō recipit in aliquo: recipit in eo ꝓ modū recipiētis ꝛ nō ꝓ modū sui: vt ex Dio. ꝛ ex lib. de causis habeē. si ergo itellectus indiuideē ad diuisionē coꝛporis: vt sit ali⁹ ꝛ alius diuersoꝝ: oꝫ ꝙ forme intellectuales in eo recepte etiaꝫ sint indiuiduate. exquo videnē sequi duo incōueniēt̄ia. vnū est cum nullū ꝑticulare sit intellectū in actu sed in potētia: ꝙ hꝫ spēs nō erūt intelligibles in actu: sed intelligebūt intelligi ꝑ alias spēs ꝛ sic in ifinitū ꝓceder̄. Aliud est ꝙ erit idē modus recipiēdi formas in materia ꝓma ꝛ i ītellectu possibili: qꝫ vtrobiq; recipiunt̄: vt sunt iste ꝛ nō vt sunt forme simpl'r: ꝛ ita sic materia ꝓma nō est cognoscibilis ꝓ formas quas recipit: ita nec intellect⁹ possibilis vt videē. ¶ P. quecūq; distinguūtur adinuicē oꝫ ꝙ aliqd diuersum sit in natura vtriusq;. sed cum intellectus nihil sit eoꝝ que sunt ante itelligere: videtur ꝙ nō sit aliqd diuersum inuenire in eo: nisi fm̄ diuersitatē speciē intellectiuaꝝ. ergo nō differūt itellect⁹ isti⁹: ꝛ illius per eēntiā: sed per spēs intellectas tm̄. ¶ P. in oīb⁹ substātys per se existētib⁹ ꝛ imaterialib⁹ diuersitas fm̄ numeꝝ redūdat in diuersitatē spēi: qꝫ si hñt esse suuz absolutum subsistēs nō possunt distingui essentialr̄ per aliqd qō sit extra eēntiā eaꝝ sup qō deferaṅ̄: sicut fozme coꝛporales sup materiā dilate. In eēntia aūt eaꝝ nō est diuersitas fozme que diuersitatē spēi inducit: sed nō est dr̄ie ꝙ intellectus diuersoꝝ boiuz differāt fz specie: qꝫ ꝛ ipsi boies spē differūt ad diuersitatē suaꝝ fozmarū. ergo cum aīa rationalis sit substatia in se subsistēs alias post coꝛpus non maneret: ꝛ etiam sit imaterialis: videē ꝙ nec etiā numero in diuersis boibus differat.

**Sed cōtra** est qō impoſe est pluriū indiuiduoꝝ eē vnā fozmā numero: sed aīa rōnalis ē fozma cuiuslibet hois. si eniz homo bēret esse a substātia sentitiue vel nutritiue nō posset in hoie inueniri q̃tū ad sunz esse ꝓmū. vñ alia aīalia excederet: qō est incōueniēs. ergo ipossibile eſt vnā trſ esse aīaz rōnalē oīuz. ¶ P. impossibile est inueniri diuersitatem quo ad esse ꝛᵐ in illis: quoꝝm

nulla est diuersitas quo ad esse ꝑmum: qz diuersitas secūdarum pfectionū ⁊ cōtrarietas nō pōt esse simul cum vnitate pfectionis ꝑme: qz sic cōtraria eēnt in eodem: sed nos inuenimus pfectiones vltimas ꝙtū ad esse ꝑm eē in diuersis hoib⁹ diuersas ⁊ ḋias: quoz quidā sunt stulti ⁊ qdā sapiētes ⁊ qdā viciosi: ⁊ quidā vtuosi. ergo opz ꝑmā pfectionem ſ. animā ꝙtū ad esse ꝑmum in diuersis variari. ¶ P. aia est forma corporis ⁊ motor: sed in corporib⁹ celestibus ꝑm positionē ꝑpoz diuersis corporibus assignant diuersi motores. ergo videtur q multo fortius in diuersis hoib⁹ sint diuerse anime.

**Respondeo** dicēdo: q circa vnitatē ⁊ diuersitatez aie rōnalis fūt plures ꝑpoz opiones ꝓtermissis illis qui ponūt intellectū esse vnū in tota natura intellectuali vel qui ponūt intellectū esse idē qđ diuina essentia: ad quaz itellectū opz intelligere q distinguit ꝑm ꝑpos triplr intellectus. ſ. intellect⁹ possibilis: intellect⁹ agēs: ⁊ intellectus in habitu ⁊ dicit intellect⁹ possibilis q est in potētia ad recipiēdū oēs formas itellectas: sicut oculus est in potētia ad recipiēdū oēs colores: intellect⁹ autez agēs dicit qui facit intelligibilia in potētia esse in actu: sic lumē qđ facit colores in potētia visibiles esse actu visibiles: intellectus aūt in habitu vel formalis ab eis dicit qñ intellectus possibilis iam perfectus est specie intelligibili vt operari possit: nulla enim potētia passiua habz opationē nisi per speciem obiecti sui perfecta fuerit: sicut visus non videt antez recipiat speciē colozis. ¶ Dis ergo visis: sciēdum est q in hoc fere oēs ꝑbi concordāt post Aristotelem q intellectus agēs ⁊ possibilis differūt ꝑm substantiam: ⁊ q intellectus agēs sit substātia quedam separata ⁊ post rema in substātys separatis: ⁊ ita se habet ad intellectū possibilem quo intelligimus: sicut intelligētie supiores ad animas ozbiū: sed hoc ꝑm fidem nō potest sustineri. Si enim vt Anselmus ꝓbat reparationē hominis per angelū deus fieri noluit ne paritas hominis ⁊ angeli in gloria tolleret: dum angelus hominis fieret causa salutis. Similr si ponetur anima nostra ꝑm naturalē operationē depēdere ab aliqua intelligētia vel angelo non posset rationabilr sustineri: q anima angelis par sit in gloria futura: quia vltima pfectio vniuscuiusq; substātie est in cōplemēto sue operationis: ⁊ ideo vniri cum intelligētia agēte ponūt ꝓdicti philosophi vltimā felicitatē hominis. Et ideo quidam catholici doctores corrigētes hanc opinionē: ⁊ partim sequētes satis ꝓbabiliter posuerūt ipsum deum esse intellectū agētem: quia per applicationē ad ipsum anima nostra beata ē ⁊ hoc confirmāt per hoc quod dicit Jo. ꝑmo. Erat lux vera ꝛc. De intellectu autē possibili simil⁹ fuit magna diuersitas inter philosophos sequētes Aristo. Quidam enim dixerūt intellectum possibilem esse diuersum in diuersis. quidam vo esse vnum in omnibus. Loz autem qui posuerūt eum diuersum esse in diuersis: sunt tres opiniones: quidaz enim dicūt intellectum possibilem nihil aliud esse q̄ ꝓparationem que est in natura humana ad recipiēdam impressionem intellectus agētis: ⁊ hāc esse virtutē corporalē consequentē complexionem humanam: ⁊ hec fuit opinio Alexādri. Sed hoc non pōt stare etiam ꝑm intētionē Aristo. qui vult q intellectus possibilis sit receptiuus specieꝝ intelligibilium. ꝓparatio autē nō est receptiua: sed magis ꝓparatiua: ꝓparatū aūt hac ꝓparatione est corpus: vel virtus in corpore: ⁊ ita illud quod recipit formas intelligibiles: esset corpus vel virtus in corpore: quod ꝓbz improbat. ¶ P. sequeret q intellectus possibilis non esset vtus cognoscitiua. Nulla enim vtus causata ex cōmixtione elementoruz est cognoscitiua. quia sic qualitas elementoruz ageret vltra suam speciē: quod est impossibile. Et ideo alij dixerūt q intellectus possibilis nihil aliud est q̄ virt⁹ imaginatiua ꝑm q est nata vt sint in ea forme que fuerūt itellecte in actu. ⁊ hec est opinio Auerpace. Sed hoc etiam est impossibile: quia ꝑm ꝓbm in tertio de anima. Fantasmata que sunt imaginatiua se habēt ad intellectum humanum: sic colores ad visum: ⁊ ideo oportet q fantasmata sint mouentia intellectum possibilē: sicut color mouet visum: vñ aptitudo que est in intellectu possibili ad intelligendum: est similis aptitudini que est in patiēte in potētia: vt si patiens in actu: aptitudo autem que est in imaginatiua est sicut aptitudo agētis in potētia: vt sit agēs in actu. Impossibile autez est q idem sit mouēs ⁊ motum: ⁊ agēs ⁊ patiēs. ergo impossibile est q virtus imaginatiua sit intellectus possibilis. ¶ P. adhuc sequeretur q virtus recipiēs intelligibilia in actu: que dicit intellectus possibilis esset vtens organo corporali: cuz virtus imaginatiua habeat determinatum organuz. ¶ Sciēdum est etiam: q ꝑm has opiniones itellectus possibilis generatur generato corpore: ⁊ corrumpitur corrupto corpore: ⁊ cum non sit differētia intellectus in diuersis hominibus: nisi intellectus possibilis: qz agens est vnus: sequeretur q illud qđ remanet de intellectu ex omnibus hominibus post mortē esset vnum numero. ſ. intellectus agēs: ⁊ hoc est valde hereticuz: quia sic tolleretur retributio meritoꝝ post mortem: ⁊ ideo tertia opinio est Auic. qui ponit intellectum possibilē in diuersis diuersum fundatum in eēntia anime rationalis: ⁊ non eē virtutem corporalē: ⁊ cum corpore incipere: sed non cum corpore finiri. vnde quantū ad intellectum possibilē eius opinio est quam tenemus ꝑm fidē catholicā: quāuis erret cūalys de intellectu agēte: vt dictum est. Loz aūt qui ponūt vnum intellectuz possibilē in omnibus duplex est opinio. Una est Themisty ⁊ Theophrasti. vt Cōmē. eis imponit in tertio de anima. Dicūt enim q intellectus in habitu qui est tertius: est vnus in omnibus ⁊ eternus: ⁊ est quasi compositus ex intellectu agēte ⁊ possibili: ita q intellect⁹ agēs est sicut forma eius: ⁊ per continuationē intellectus possibilis: continuatur etiam nobis intellectus agens: ita q intellectus agēs est de substātia intellectus speculatiui: qui etiam dicit intellectus in habitu per quez intelligimus: ⁊ huiusmodi signū inducūt: quia illa actio intellectus que ē in potestate nostra ptinet ad intellectuz in habitu. Cuz ergo abstrahere spēs a fantasmatibus sit ī potestate nostra: opz q intellectus agēs sit intellectus i habitu: sicut forma eius. Et ad hāc positionē deducunt qui ex ōnstratiōe Aristo. volūt hēre q intellectus possibilis sit vnus in oib⁹ quia nō est hoc aliquid nec virtus in corpore: ⁊ p cōsequēs q sit eternus. Et dicūt iterum q itellectus agēs similr sit eternus: ⁊ q impossibile sit effectum esse generabilē ⁊ corruptibilem si agēs ⁊ recipiēs sit eternum. vnde posuerunt q spēs intellecte sunt eterne. ⁊ ideo non cōtingit q intellectus: quāḋoq; intelligat: ⁊ quāḋoq; nō: per hoc q fiāt noue spēs intelligibiles que prius nō fuerūt: ſz ex cōiunctione intellectus agētis cum possibili ꝑm q continuatur in nobis per impssionē suaz. Sz hāc opinionē Cōmē. improbat: quia sequeretur q forme reruz naturaliuz que intelligūtur eēnt ab eterno sine materia ⁊ extra animā: exquo spēs ille nō ponūtur in itellectu possibili vt forma eius: qz forma itellectus possibilis ponitur ab eis itellectus agēs: sequereť etiā q cuz vltima pfectio hominis sit ꝑm intellectum in habitu: ⁊ ꝓma ꝑm intellectuz possibilem: q homo nō differret ab homine: neq; ꝑm vltimaz perfectionē neq; ꝑm ꝓmaz: ⁊ sic esset vnū eē: ⁊ vna pfectio omniū hominum: quod est impossibile. Et ideo ipse tenet aliam viam q tam intellectus agēs q̄ possibilis est eternus ⁊ vnus in omnibus. sed spēs intelligibiles non sunt eterne. ⁊ ponit q



Sumit g̃ diuiſio iſta ſm diuerſos gradus in approxima tione ad vltimā pfectiōem hoīs que cōſiſtit i opatiōe pfecta: ſm quā ꝺtingit recte viuere: ad quā bō gbuſdā inuatur q̄ſi ozganice z inſtr̄aliter: vt pbs dicit in ꝓio ethicoꝝ: ſicut ſūt bona fortune: q̄ gdē nō ptinēt ad neceſſitatē recte viuēdi: cū ſine eis recta vita eē poſſit: ſed ſunt ſiē expedientia ad rectā vitā: vt bō facilius opetur bis quaſi adminiculis ſuſtentat⁹. Quedā vo ſūt q̄ per ſe ꝓferunt ad rectā vitā: ſicut miſtrātia ſubam actus z hꝫ cōputāt inter media bona: ſine gbus nullus recte viuit: quibus tñ aligs pōt ēt peruerſe viuere: aliqua vero ſunt q̄ conferunt ad rectā vitā: quaſi dantia pfectiōem ipi actui recte informando ipm: ſicut ſunt bitus virtutū z gratiarum: z hec magna bona dicunt: qz ꝓpinquiſſima ſunt operationi perfecte in qua ē vltia hois perfectio. (Virtutib⁹ nēo male vtitur) veꝝ ē quaſi bitu i formāte vſū: vtiē tñ eis aliquis male quaſi obiecto. (Et bonus vſus libere volūtatis qui virtus eſt ꝛc.) ideſt actus virtutis: vt magiſter i ſine exponet. (Si igitur gratia que ſanat z liberat ꝛc.) Dic expreſſe videtur magiſter hꝫ opiniōis eſſe q̄ gratia z vt⁹ ſint idē: niſi forte ꝑ exponereꝝ: qz grā i opatiōez nō niſi mediāte vtute p̄cedit: ſz tñ ſuppoſito q̄ grā nō ſit vt⁹ eadē magīi rōne vt⁹ erit: non. n. min⁹ ē manifeſtū de grā q̄ō vtute q̄ a ſolo deo i nob ſit. (Uñ appet vere: qz charitas eſt ſpūs ſcūs. ꝛc.) Dic logr̄ magr̄ ꝛz ſuā opinionē quā in ꝓio libro ſupponit. ſ. charitatē i nob nihil aliud q̄ ſpiritus ſcīn eē: nō aūt opz ꝑ de charitate opinari: qz ipa virtutes informat z ſanctificat ſicut hic concludere vr̄. hoc enī ꝺtingit ex ꝑ q̄ charitatis obm eſt finis vltimus. vñ ipa mediāte oēs virtutes vltimum ordinātur,

¶ Predicta repetit vt alia addat diffinitā aſſertionem ponēs de grā z libero arbitrio contra pelagianos. ¶ Diſtin. XXVIII.



**I**D vero incōcuſſe z incūctāter teneam⁹ li. ar. ſine grā p̄ueniēte z adiuuāte nō ſufficere ad iuſtitiā z ſalutē obtinēdā: nec meritis p̄cedētibus grāz dei aduocari: ſicut pelagiana hereſis tradidit. Nā vt ait Aug. i ꝓio libro retractationū. Noui heretici pellagiani li bex ſic aſſerūt volūtatis arbitriū: vt gre dei nō reliquerēt locū: quā ꝛz merita nr̄a dari aſſerūt. Pellagianoꝝ. n. hereſis oium recentiſſima a Pellagio mōacho ē exorta. bi dei grē q̄ p̄deſtinari ſum⁹: z q̄ meruim⁹ de ptāte tenebraꝝ erui i tñ inimici ſūt vt ſine hac credāt hoiem poſſe facere oia dina mandata. Beniq; Pellagi⁹ a frib⁹ increpat⁹ q̄ nihil tribueret adiutorio grē dei ad ei⁹ mādata faciēda: nō eē li. ar. p̄poēbat ꝛz ifideli calliditate ſuppoēbat dicēs ad hoc eā dari hoīb⁹ vt q̄ facere p li. ar. iubēt facili⁹ poſſit iplē p grāz. Dicēdo itaq; : facili⁹ poſſint iplere p grāz: voluit credi ēt ſi difficili⁹: tñ poſſe homies ſine grā facere iuſſa dina. Illa ꝛo p grāz dei ſine q̄ nil bōi poſſum⁹ facere nō eē dicūt niſi i li. ar. qō nullis ſuis p̄cedētib⁹ meritis ab illo accepit nr̄a nā. Ipo ad hoc iuuante nos per ſuā legē atq; doctrinā vt diſcam⁹ q̄ facere z q̄ ſpare debeamus. Nō āt ad hoc p donū ſpūs. ſ. vt q̄ didicerimus eē faciēda faciamus. Ac p hoc dinitus dari nob ſciaz ꝛitēt q̄ ignorantia pellit. Charitatē āt negāt dinitus dari q̄ pie vi uit. vt. ſ. ſit donū dei ſcia q̄ ſine charitate inflat z nō ſit donū dei ipa charitas: q̄ vt ſcia nō iflet edificat. Deſtruūt ēt oꝛones q̄s facit eccl'ia: ſine p ifidelib⁹ z doctrie dei reſiſtētib⁹ vt cōuertant ad deū: ſine p fidelib⁹ vt augeaꝝ eis fides z pſeuerēt in ea: hec q̄ppe nō ab ipo accipe: ꝛz a ſeipſis hoies br̄e cōtendūt grām dei: q̄ liberamur ab ipietate dicēres ꝛz merita nr̄a dari. paruulos etiam ſine vllo peccati ozigialis vinculo aſſerunt naſci.

¶ Hic ponit ea quibus ſuum confirmāt errorē verbis Aug. contra ipſum vtentes.

**Quod** ꝛo dicūt ſine grā hoiez p libe. arb. oia iuſſa iplere: huiuſmōi iducti onib⁹ munūt. Si inquiūt non pōt ea facere hō q̄ iubēt: nō ē ei iputādū ad mozt̄. Sicut tu ipſe auguſtie in libro ō lib. ar. aſſeris. Quis inq; peccat i eo qō nullo mō caueri pt̄. Peccaꝝ āt. caueri igr̄ pt̄. Hoc teſtimonio Aug. Pellagi⁹ vſus ē diſputās aduerſus eū: imo aduerſus grāz: ſicut aug. in libro retractationū: z illō z alia huiuſmōi retractās ꝓmemorat ingens. In bis arq; huiuſmōi ꝛbis meis: qz grā dei cōmemorata nō ē: de q̄ tūc ñ agebaꝝ: putāt pellagiani ſuā nos tenuiſſe ſniam: ꝛz fruſtra hoc putāt. Volūtas quippe ē q̄ peccaꝝ z recte viuiꝝ: qō bis ꝛbis egimus: ꝛz ipſa niſi grā dei libereꝝ: z vt vicia ſupet adiuuetur: recte a mortalib⁹ viui nō pōt. Ecce apte determinat ex quo ſēſu illa dixerit inimicos grē ffellēs.

¶ Aliō reſtioniū aug. quo pellagi⁹ p ſe vtebaꝝ.

**Similr̄** z initebaꝝ Pellagi⁹ ꝛbis augu. ꝺ grām: q̄ in libro de duab⁹ aiab⁹ dicit. Dcti ingt reū tenere quēq; : qz nō fecit qō facere nō potuit: ſūme iniꝝ gratis z inſanie ē. His auditis exiliit Pellagi⁹ dicēs. Cur g̃ puuli z illi q̄ nō bñt grām ſine q̄ nō p̄nt facere mādata dina rei tenētur: boc āt q̄ occaſiōe dixerit i libro retractationū Pellagio rñdēs aperit. Jd. n. ꝺ māichcos dixit. Qui in hoie duas nās eē cōtēdūt: vnā bonā ex deo: alterā malā ex gēte tenebraꝝ: que nūq; bōa fuit: nec bonū velle pōt. Qō ſi eēt: nō videretur ei imputandum eē ſi non bonum faceret.

¶ Aliud quod vr̄ ꝺdicere gratie dei addit.

**Alibi** ēt Aug. dicit q̄ huic grē ꝺdicer̄ videt̄ q̄ iuſtificam⁹ur. Ait. n. in lib. ꝺ adamātiū māichei diſcipulū. Nīſi q̄q; volūtatē ſuā mutauerit bonuz opari nō pt: qō in nr̄a ptāte eē poſitū dñs docet: vbi ait. Aut facite arborē bonā ꝛc. Quod aug. in retractatiōib⁹ nō eē ꝺ grām dei quā predicam⁹ oñdit. In ptāte q̄ppe bois ē mutare in meli⁹ volūtatē: ꝛz ea ptās nulla ē niſi a deo detur: de quo dcm̄ ē. Bedit ei ptātē filios dei fieri. Cū. n. hoc ſit in ptāte nr̄a: qō cū volum⁹ facimus: nibil tā in ptāte q̄ ipſa volūtas ē. ſz p̄parat̄ a dño volūtas. eo g̃ mō dat ptātem.

¶ Aliud teſtimoniū eiuſdē quod vr̄ aduerſuz.

**Hic** ēt intelligēdū ē qō in eodez ait. ſ. in nr̄a ptāte eē vt vel inſeri bonitate dei vel excidi eius ſeueritate mereamur. Qz in ptāte nr̄a nō ē niſi quod nr̄am ſegtur volūtatē. Que cū p̄parat̄ a dño: facile fit opus pietatis ēt qō ipole z difficile fuit. In expōne quoq; quarūdā ꝓpoſitionū epiſtole ad romanos: q̄dā aug. interſerit: que videntur huic doctrie gratie aduerſari: ait. n. Quod credim⁹ noſtrū ē: qō āt bonuz opamur illius ē q̄ credēt ib⁹ dat ſpm̄ ſcm̄. Et paulopoſt. Nr̄m ē credere z velle: illius aūt dare credentibus z volentibus facultatē bene opandi ſpm̄ ſcm̄. Que q̄liter intelligi debeant aug. in libro retractationū aperit dicēs. Deꝝ ē quidē a deo eē qō operamur bonū: ſed eadem regula vtriuſq; ē:

ꝛ volēdi.ſ.ꝛ faciendi: ꝛ vtrunqꝫ ipſius eſt: qꝛ ipſe ꝓparat voluntatē: vtrunqꝫ noſtrū: quia non fit niſi volētibus nobis. Illa itaqꝫ ꝓfecto non diſſem: ſi non ſcirē ēt ipſam fidē iter ſpiritus ſancti munera reperiri. Illud ēt diligenter ē inſpiciendū qō aug. in libro ſniaꝫ ꝓſperi ait. ſ. qꝫ poſſe hēre fidē ſicut poſſe hēre charitatē nā eſt bonum. hēre aūt fidē ſicut hre charitatem gratia ē fideliū: quod non ita dictum eſt tanqꝫ ex lib. ar. valeat haberi fides vl charitas ꝫ qꝛ aptitudiné nālem hz mens hōis ad credēdum vl diligēdum: que dei gratia ꝓueūta credit ꝛ diligit: quod ſine gratia non valet.

¶ Teſtimonio Hieronymi aſtruit qđ tenēdū ſit de gratia ꝛ libero ar. vbi triplex hereſis iudicatur. ſ. Jouiniani: manichei: Pellagij.

THō ḡ de gratia ꝛ lib. ar. indubitanter tenemus quod Hiero. in explanatione fidei catholice ad Damaſum papā Jouiniani ꝛ manichei ac pellagij errores collidens docet. Liberꝫ inquit ſic confitemur arbi. vt dicamus nos ſemp indigere dei auxilio. Et tam illos errare q cū manicheo dicunt hoiem pctm̄ vitare non poſſe: qꝫ illos q cū Jouiniano aſſerūt hoiem non poſſe peccaꝛ. Uterqꝫ tollit arbitriū libtatē. Nos ꝙo dicim⁹ hoiez ſp ꝛ ñ peccare ꝛ peccare poſſe: vt ſemp nos liberi confiteamur eē arbitrū: hec ē fides quam in catholica eccleſia didicimus: ꝛ quaꝫ ſemper tenuimus.

¶ Diuiſio textus.

POſtqꝫ determinauit de gra ſz veritatē. Dic excludit quoſdā errores circa gra. Et diuiditur in ptes duas. In ꝑma excludit errorez. Pellagy qui gratie derogabat: In ſcōa excludit errorē Jouiniani ꝛ maichei qui negabāt lib. arbi. ibi. (Id ḡ de gra ꝛ li. ar. ꝛc.) Prima diuidit in duas. In ꝑma narrat pōnes pellagy. In ſcōa inducit rōnes ipſius ibi. (Quidā vero dicūt hoiem ſine gra ꝛc.) Ponit ḡ q̄tuor pōnes. quaꝫ ꝑma ē q ſine gra pōt hō pfecte legē dei ipleꝛe ex ſolo li. ar. q̄uis gratia ad hoc detur: vt facili⁹ homo impleat: ad qō ēt nos de⁹ iuuat inſtruēdo per ſuā legem. Scōa poſitio ꝟnis ex ꝑma eſt q nō oportebat ozare neqꝫ ꝓ fidelibus neqꝫ ꝓ infidelibus: cum ex ſeipſis homines bene vel male opari habeāt. Et hoc ibi. (Deſtruū tur ꝛ oſoes ꝛc.) Tertia eſt quia dicūt q homo ex ꝑpriis actib⁹ gram dei mereꝛ. ibi. (Hram dei qua liberamur ab impietate ꝛc.) Quarta ē: qꝛ hoiem ſine peccato originali naſci dicūt: ꝛ hoc ibi. (Parulos ēt ſine vllo ꝛc.) (Quid ꝙo dicūt ꝛc.) Dic ponit cōfirmatio ꝓdcāꝫ poſitionū. Et diuiditur i ptes ſex ſm ſex auctates Aug. q inducunt ex quibus errorꝫ Pellagy confirmari videtur. Secūda incipit. ibi. (Aliter etiā innitebatur ꝛc.) Tertia ibi. (Alibi ēt Auguſtinus dicit ꝛc.) (Quarta ibi. (Sic etiam intelligē dum ꝛc.) Quinta ibi. (In expoſitione quoq ꝛc.) Sexta ibi. (Illud etiam diligenter ꝛc.) ¶ Qō I.

HIc quinqꝫ querūtur. Primo vtrum ſine gratia hō aliq̄ bonū facere poſſit. Scōo vtꝫ ſine gra poſſit homo vitare peccatū. Tertio vtꝫ homo ſine gratia poſſit mādatū legis iplere. Quarto vtꝫ ſine gra ſaltē gratis data poſſit ſe hō ad gram ꝓpare. Quinto vtꝫ ſine gra poſſit homo ſciam veritatis habere.

¶ Utꝫ hō poſſit face re aliquod bonū ſine gra. I.

ABſ primum ſic ꝓceditur. vī q hō ſine gra nullū bonū facer poſſit: qꝛ ſic Jo. 15. oī a xpo. Diſcipliſ. Sine me nihil poteſtis facere: ſed de⁹ nō habitat in nobis niſi per gram. ḡ vī q ſine gra homo nihil boni facere poſſit. ¶ P. cogitatio boni ꝓcedit operationem eiuſdē: ſed vt dicitur ſcōe Lor. 3°. Non ſumus ſufficientes aliquid cogitare a nobis quaſi ex nobis. ergo vī q multo minus ſine gra bonū opari poſſim⁹. ¶ P. ſicut dicit Aug. ad Bonifaciū papā. Non pōt homo aliq̄ bonum velle niſi iuuetur a deo qui malū velle nō poteſt: ſz adiutorium ei⁹ q malū velle nō pōt. ſ. dei ē gratia ipſius. ergo homo ſine gra bonū velle nec facere pōt. ¶ P. nō pōt hō cē iuſtus ꝛ bonus ſine gra: ſed in hoc q aliquis bona ꝛ iuſta opatur juſticia ꝛ bonitas hominis attēditur. ḡ homo ſine gratia non pōt aliquod bonū facere. ¶ P. nihil pōt in effectum qui ē vltra ſuā perfectionez: ſed boni actus excedūt bonitatē nālium potētiaꝝ: qꝛ computant inter magna bona: cū pōe inter media bona ꝓuēt. ergo hō p pōs nāles ſine additione gratie nō pōt in bonā opeSed cōtra nulli fit admonitio vl ꝓcepratoez. tum de eo qō facere nō pōt; ſed quotidie hoies admonētur vt bona faciāt. ergo bona facere ē in eoꝫ ptāte: ēt ſine gra. ¶ P. ſm Da. Nulla res deſtituit ꝓpa opatiōe: ſz bona opatio hois eſt que ē ꝓpa eius .i. ſm r ōnem ordinatā: ſicut ꝛ malum hōis ē ꝓtra rōnem eē. vt Diony. 4. ca. de diui. no. dicit. ergo homo p ſe ſine gra adiuncta pōt in bonā opatiōem.

Reſpondeo dicēdo: q cū virtus eēntiā ꝓſeq̄t: oſ q ſm diuerſitatē nāꝫ ſit diuerſa facultas ad operandum: qō quidā nō attēdētes pari modo opatiōem li. ar. ꝛ rex naturaliū determinauerunt credētes q ſicut lapis de neceſſitate ſuā opationē hz vt eat ō ozſum niſi aliqd impediat; ita ēt homo neceſſario operationes ſuas exerceat ſm ꝙruētiam alicui⁹ nature in ipo exiſtētis: ꝛ qꝛ in hoie conſideraī duplex nā. vna. ſ. intellectualis: ex qua ineſt homini inclinatio ad appetendum per ſe deſiderabilia ꝛ honeſta: ꝛ altera ſenſibilis ſm quā ꝑpus ē ad appetēdū ꝛ ad concupiſcēdum ea que ſunt delectabilia ſm ſenſum: iō ad hec duo reſpiciētes heretici cōtrarias hereſes ex eadē radice prodeuntes ꝓfecerunt: q̄rum quidā. ſ. Jouiniani attēdētes ad intellectualē nām hoiem de neceſſitate bene opari ꝛ nunqꝫ poſſe peccare aſſerebant. Alij vero. ſ. Manichei reſpiciētes ad naturā ſenſibilē: quā ſm ſe malā eē dicebant; ꝛ a malo deo originē habuiſſe dixerunt: q homo de neceſſitate peccat: nec bonū facere pōt. In hoc penitus li. ar. vtriqꝫ deſtruētes: non enī eēt homo li. ar. niſi ad euz determinatio ſui opis ptineret: vt ex ꝓpzio iudicio eligeret hoc aut illud: vt ſupra dcm̄ ē. Et ideo aly naturā li. ar. ſaluare volētes i aliū errorē plapſi ſunt. ſ. pellagiani facultatē li. ar. ampliantes. Diçunt enī q quia li. ar. de ſe non ē terminatū ad aliquod opus; ſed ex ipo pendet determinatio cuiuſcunqꝫ operis. ideo homo per li. ar. in quodlibet bonum op⁹ pōt ſine aliqua gratia ſuperaddita: ēt in opus meritoziuz: nō attēdētes q opus meritoziū nō determinet gen⁹ act⁹: ſz efficaciā. Hſia. n. actuū diſtīguī ſz diuerſitatē oboꝫ: ꝛ qꝛ lib. ar. ad nullū oīm determinatū ē: iō in quodlibet genus act⁹ ex ſe pōt: vt. vz. facere fortia ꝛ iuſta: ꝛ hō. Sed actus meritozi⁹ hz efficaciā exceditē naturalē vtutem: inq̄tū eſt efficax ad illud ꝑmiū ꝙſequēdū: qō facultatez nāe excedit: ꝛ iō q op⁹ fit meritoziū nō pōt lib. arb. ex ſe ipſo niſi ſubleueī per habitum: qui ēt nāe facultatē excedat: q gra dr̄. Et iō ſm fidē catholicā in medio ꝛtrariarū bereſum intēdēdū ē. vt. ſ. dicam⁹ boiez per li. ar. ꝛ bona ꝛ mala facere poſſe: nō tm̄ in actū meritoziū exire ſine hitu gre: ſicut ēt nō pōt hō ſine hitu virtutis acq̄ſite talē actū facere qualē facit virtuoſus ad modū agendi: ſz poſſit talē facere: q̄tum ad gen⁹ operis: vt ly per ſe non excludit dinā cālitatē ſm q ipſe deus in oīb⁹ opatur: vt vniuerſalis cā boni: vt dr̄ Eſa. 26. Oīa opera nra opat⁹ es in nob oñe. Sed excludit hitum aliquem creatum naturalib⁹

Ad ꝑmū (ſuperadditum. ḡ dōm: q ſicut ſupra dixit magr. Hſa duplr dr̄. Uno mō donū gratuitū. alio mō ipſe de⁹ gratis dans. Dona aūt gratuita ꝓprie dicūt que nālibus ſuperaddita ſunt: ſine q̄bus bonis hō multa bona facere pōt: q̄uis non meritozia: nihil tm̄ boni pōt facere ſine gra dei ſm q intelligitur gra ipſe deus gratis dans: eo q ipſe eſt ꝑncipiū oīs boni: nō tm̄ in hoib⁹: ſed ēt in alys creaturis: ꝛ ſic intelligendū ē qō dr̄. Sine me nihil poteſtis facere. Et ſic ēt pōt intelligi qđ Apls dicit: q non ſum⁹ ſufficientes cogitare ꝛc. Uel intelligēdū ē de cogitatione illozum q̄ ad fidē ptinēt: qui capacitatē nālis rōnis excedūt: ꝛ ad hoc hō ſufficiēs nō ē ſine gra fidei. Unde ꝑz reſponſio ad ſcōm. ¶ Ad tertiū dōm: q de⁹ nō tm̄ iuuat nos ad bene agēdū per hitum gre: ſz ēt interi⁹ opando i ipſa volūtate: ſicut in qualibet re opaī: ēt exterius occaſiones ꝛ auxilia ꝓbēdo ad bñ agēdū: ꝛ ſine his oībus nullus bñ facere pōt. opz eni q ſicut motus diffoꝛmes regulantur a motu vniforꝛmi: ita volūtates nre. q̄ in bonū ꝛ malū flecti pōt: dirigentur ab illa volūtate: que nō niſi recta eē pōt. Uel dicē dū: q intelligit de bono meritozio. ¶ Ad q̄rtuz dōm: q aliquis pōt dici iuſtus duplr. vel iuſticia ciuili vl iuſticia ifuſa. Juſticia aūt ciuili pōt aliqs iuſtus effici ſine aliq̄ gra nālibus ſupaddita: nō aūt iuſticia ifuſa neutra tamē iuſticia ꝙſiſtit in hoc qō ē iuſta opari: nō. n. gcūqꝫ iuſta opaī iuſt⁹ ē ſz g h̄ opaī ſic iuſt⁹: vt i. z. ethi. dr̄. Uñ ñ ſeq̄t: q ſi ēt iuſticia ciuilis ſine gra bñ ñ poſſet: q hō per lib. ar. nō poſſet iuſta operari. ¶ Ad q̄ntuz dicēdū: q bonū op⁹ duplr. vel op⁹ qō ē a virtute ꝓcedēs ea informatū: ꝛ hoc op⁹ bonū nālē ꝑfectiōem rōnis excedit: ſiue ſit virt⁹ acq̄ſita ſiue infuſa: vñ talis act⁹ nō eligitur a pō niſi ſit p habitū virtutis perfcā: ē aūt aliud bonū opus: ēt virtutē antecedēs: qō virtutē acq̄ſitā cāt: ꝛ ad infuſaz diſponit: vt ꝑz in eo q iuſta opatur: nō ſicut iuſt⁹: qꝛ indelectabiliꝛ: ꝛ talis opatio nālē ꝑfectiōez rōnis nō excedit: qꝛ tota rectitudo b⁹opis eſt ſm regulā rōnis in qua ſūt ꝓncipia iuris: q̄bus op⁹ bonū regulaī: niſi forte ſm q quelibet operatio excedit pōm ſicut complementum eius.

¶ Utꝫ hō ſine gra poſſit vitare pctm̄. II.

BSecundum ſic ꝓceditur. vī q homo ſine gra nō poſſit pctm̄ vitare. Primo per hoc qō ſupra magiſter dixit: q hō añ repatiōem gre p li. ar. nō pōt nō peccare ēt mortaliꝛ: ḡ ſine gra hō vitare nō pōt pctm̄. ¶ P. p pctm̄ in aliquo libertas ar. imutata ē: ſz hō in ꝓzio ſtatu h̄ būit q bonū facere poterat: ſed nō meritoziū: in ſtatu nāliū ergo ſaltē in hoc p pctm̄ ēt imutatū ē li. ar. q hō vitare pctm̄ nō poſſit. ¶ P. aug. dic in libro ō vꝫ relig. q natura ſupba neceſſe hz aly inuidere: eadē aūt rōne g ē in vno pctō neceſſe hz in aliud peccatū cadere: ſz quātū ad preſentē ſtatū quilibet hō vel ē in pctō vl in ſtatu gre. ḡ vī q ſi nō ē in gra q pctm̄ vitare nō poſſit. ¶ P. hīs pedē claudum nō pōt ambulare niſi claudicādo: ſz pctm̄ ē ſicut quedā curuitas volūtatis. ergo hō i ſtatu pcti exiſtēs nō pōt non peccare. ¶ P. moꝛs ex pctō ꝙſecuta ē. vt Ro. 5°. dr̄. ḡ vbi ē neceſſitas moꝛiēdi: ibi ē neceſſitas peccādi. ſz in ſtatu iſto ineſt nobis neceſſitas moꝛiēdi. ḡ ꝛ neceſſitas peccādi. ¶ P. quicūqꝫ tēptatiōi reſiſtit tentātem vincit: ſz vincēti ꝑmiū eternū ꝑmittitur. Apo. 2. ꝛ 3. Cum ergo ad ꝑmiū eternū nullus ſine gra venire poſſit: vī q nec ſine ea aliquis poſſit tentationi reſiſtere peccatū vitādo.

Sed contra Grego. dicit q debilis ē boſtis q nō pōt vincere niſi volētē: ſz qō ē per volūtatē nō ē p neceſſitatē. ḡ hō nō neceſſario a pctō ſuꝑatur: ſz illud vincere ꝑt. ¶ P. vbicūqꝫ ē neceſſitas agēdi ibi ē virt⁹ actiua determinata ad vnū: ſz hoc ē ꝛtra rōnem li. ar. ḡ hō in peccato exīs nō hz neceſſitatē peccādi: ſz pctm̄ vitare poteſt.

Reſpondeo dicēdo: q vt ſupra dcm̄ ē: quidā heretici poſuerūt in nobis nām quādā eē malā que hoiem neceſſario ad peccādum ꝑpellit. Dic āt error vt dcm̄ ē oīno li. ar. excludit ꝛ nām rōnis ꝛ volūtatis. vñ nec fidei nec ꝓbie conſonat. Aly vo nām lib. ar. ſeruare volētes: dicūt qđ q hō ſm nālē ſuā vtutem hoc modo ꝙdit⁹ ē: vt pctm̄ vitaī poſſit: ſed per pctm̄ vtus illa adeo imutata ē: vt hō i pctō exiſtēs vitare pctm̄ nō poſſit ſed in aliud pctm̄ ꝓcipitet nīſi p gram liberetur: ne autē oīo peccatū neceſſariū ponere videaī: dicūt q hō i pctō moꝛtali exiſtēs pōt quidē hoc vel illud peccatū vitare: nō tm̄ oīa: ſicut ēt de venialib⁹ dr̄. Dicūt ēt q pōt homo i pctō moꝛtali exīs ad tps ſtare ne in pctm̄ cadat: ſed non diu. Iſta aūt pō multiplr apparet falſa. Primo: qꝛ cū peccatū bōa nālia nō tollat: ſz diminuat: illud qō ad naturā pōe nālis ptinet: hō p pctm̄ amittere nō pōt: ꝛ ſi in illo infirmet. Cū igī libera electio vl fuga boni ſeu mali ad naturā li. ar. ptineat. nō ꝑt eē vt p pctm̄ ſubtrahaī hōi facultas fugiendi pctm̄: ſz ſolū q minuaī: ita. ſ. q illud peccatū qō hō añ vitare de facili poterat. poſtmodum difficulter vitet. Silr ēt qō inducūt de pctō veniali nō ē ſile: q eni nō poſſim⁹ oīa venialia pctā vitare: ſz ſingula: ꝑcipue pp ꝑmos mot⁹ dr̄: ad q̄s nō regriē deliberatio ꝙſēſus: ſz ſūt qdā ſibi mot⁹: vñ dū homo vni obſtare nitiē ex alia pte alius mot⁹ inſurgit: ſz peccatū moꝛtale ingrit cōſenſū determinatū. vñ ſi pōt vitare h ꝛ illud: pōt eadē rōne vitare oīa: nec itez pōt dici q ad tps vitet ꝛ nō diu: qꝛ lib. ar. reſiſtēs malo nō efficitur infirmus ad malū vitādū: ſed multo fortiꝛ. vñ multo magis poſtes pōt vitare peccatū q̄ añ. Et iō cū alys dicēdū eſt: q vitare pctm̄ intelligi ꝑt duplr. aut pctm̄ iā cōmiſſum: aut pctm̄ ꝓmittendū. Si intelligaī de pctō iā ꝙmiſſo: ſic hō in pctō moꝛtali exiſtens nō pōt peccatū vitare ſine gra: qꝛ nō pōt ſe a peccato ꝑterito abſoluere: ꝛ a reatu culpe: niſi per gram liberetur: ꝛ i hoc errabat Pellagi⁹ eſtimās hoiem ꝓpriis vtutib⁹ ſine gra poſſe ſe a peccatis ꝑteritis abſoluere: ſatisfaciēdo peccatum aūt ꝓmittēdū pōt hō vitare ēt ſine gra q̄tuncūqꝫ in pctō moꝛtali exiſtat. Si tm̄ gra intelligatur aliquis habitus infuſus: ꝛ nō ipſa dīna voluntas: per quā oīa bona cāntur: ꝛ mala repellūtur.

Ad ꝑmum ḡ dōm: q ſic videre dr̄ duplr. ſ. hre viſuz ꝛ vti viſu: ita ꝛ peccare: vnde cū dr̄ q hō nō pōt nō peccare a ñ repatiōez intelligit nō hre pctm̄: ſz nō ꝑt itelligi q nō poſſit nō vti pctō. ¶ Ad z^m dōm: q libertas arb. imutata ē p peccatū. ſed nō ablata. Qō aūt dr̄ vt lib. ar. oīno non poſſit quod ꝑpus poterat h ablatiōem facultatis deſignat: ꝛ non ſolū diminutionez:

sed hoc ad diminutionē ptinet: vt qō pri⁹ facile poterat: postmodū non sine difficultate ꝛ pugna possit ꝯtum ad vitationē mortaliū: sed venialia oia non pōt vitare pp rebellionem carnis ad spīm. ¶ Ad tertium dicēdū q vbuz Aug. nō est intelligēdū de necessitate absoluta: sed conditionata; que est necessitas finis: vir enī supbus si fini suo inherere vult: vt. s. propziam excellentiam querat: necesse habet vt inuideat excellentie aliozum; que ꝑpe excellentie derogat: sed qui semel p supbiam peccauit mortaliter: nō pp hoc necesse bz vt semp in actuz supbie exeat. pōt. n. de vno peccato in ☽rium peccatum transire vel in bonum ex genere: ꝛ ideo non est necessarium q ꝙ iudicat. ¶ Ad ꝯrtum dōm: q rō illa tz in illis que agūt ꝓpter necessitatem nature; in quibus de necessitate operatio segꝫ ſm exigentiam pfectionis ꝛ defectum opantis: non autē tz in voluntarys: quia homo habens virtutez potest nō vti vtute: sed in contrariū vsum exire: ꝛ sīl' hīs habituz vicioſum: potest non vti habitu illo. ¶ Ad quintum dōz q moz⁹ non respondet pro pena cuilibet pctō: sed peccato pme trāsgressionis: ex quo tota natura infecta ē. vnde sicut a necessitate moziēdi homo nō liberatur nisi p gratiam: ita ꝛ a necessitate subiacēdi illi pctō per originem a parentib⁹ in posteros transfuso: non tñ oz q homo necessario in peccatū mortale actuale labatur. ¶ Ad secūduz dōm: q aliud est resistere pctō: ꝛ aliud victoziam de peccato hre. Quicūq; enīz vitat peccatū peccato resistit: vñ hoc pōt fieri ēt sine gratia: nec opz q tūc homo resistendo pctō mereatur premiū eternum: sed ille ꝓprie vincit pctm; qui pōt pertingere ad hoc contra qō est pugna peccati: hoc āt non potest eē nisi in eo q op⁹ meritoriū opaī: vñ talis victoria vitā eternā meret: ꝛ sine gra non fit.

¶ Utz homo possit implere ꝓcepta dei sine gra. III.

**A** D tertium sic ꝓceditur. vr q hō sine gra dei ꝓcepta iplere non possit. Qui. n. mādata dei fuat vitā eternā meretur. vt dr Matth. 19. Hoc fac ꝛ vives. sz B nō ꝓt hō sine gra. g̃ nec mādata legis iplef. ¶ P. charitas ñ ꝓt sine gra hīi: sz dilectio charitat[ ē i ꝓcepto. Matth. 22. g̃ ꝓcepta nō pñt sine gra ipleri. ¶ P. vt supra aug. pbauit: vtutes in nobis solus de⁹ opatur. sed actus vtutū sūt in ꝓcepto: g̃ ꝓcepta ex nobis ipsis iplere nō possum⁹. ¶ P. exꝑsse dr vr per illud Actuū. 15. Hoc ē on⁹ qō neq; nos neq; patres nr̄i. ꝛc. sed onus illud sunt ꝓcepta legis. g̃ ꝓcepta legis hō per se iplere nō pōt. ¶ P. null⁹ dānatur nisi p pctō omissionis vel transgressionis. sz nullus dānatur qui ꝓcepta legis iplet: si ergo homo pōt sine gra ꝓcepta legis implere: cum ēt possit sine gratia: vt dictum est: peccatum mortale vitare: vr q homo possit sine gra dānationē penit⁹ vitare: sz gcūq; non dānat ēi glia. g̃ hō sine gra poterit ad glām puēire: qō ē oino hereticum.

**Sed contra** Diero. dic. Qui deū dicit ꝓcipe ipos fibilia anathema sit: sed ipole est hōi illud qō iplere nō pōt. g̃ mādata dei hō per se iplere pōt. ¶ P. deus non ē magis crudelis q̃z homo: sz hōi imputatur i crudelitatē si obliget aliquē per ꝓceptuz ad id qō iplere non posset. g̃ hoc de deo nullo mō ē extimādum: et ita sine gratia homo per se legis ꝓcepta implere potest.

**Respondeo** dicēdo: q de ꝓceptis legis dupl'r cōtigit loqui: aut q̃tū ad id qō directe cadit in ꝓcepto: aut ꝯtum ad intentionem legislatozis. Directe aūt cadit in ꝓcepto actus virtutis ꝯtum ad substantiā opis: ꝛ nō ꝯtum ad modum agēdi: quē circa ipm virtus ponit. hoc enim directe alicui ꝓcipitur: qō statiz in ipso est: vt faciat illud: non aūt est in homine vt faciat actū vtutis. eo modo quo vtuosus facit primoꝯ virtutez



bēat vl' acquisitam vl' infusa m: sed intētio legislatozis ē: vt in scō etbi. dicitur. ciues facere bonos: ꝛ per assuetudines opez que ꝓcipiuntur id ducere ad vtutē: ꝛ huic consonat vbū apli pme Tym. i. Finis ꝓcepti charitas ē. ad hoc enim data sunt ꝓcepta legis: vt hoīes in dilectionē dei ꝛ ꝓximi instituātur: ē ergo intentio legislatozis non tātū vt hec opera fiant: sed vt ex charitate fiant. Dicenduz ē ergo q' ꝓcept ꝛ legis q̃tu m ad id quod directe sub ꝓcepto cadit: potest aliquid implere per lib. arb. sine gratia gratis data vel gratum faciente. si tñ gra accipiatur pro aliquo habitu infuso: sed q̃tū ad intētionem legislatozis sine gra ipleri nō pñt ꝛ: q2 dom ū charitatis nō inest nob ex nobis: sz a deo infusū: sz si gra pro diuina voluntate grat] in nobis oia bona causante accipiatur: tūc dicēdū q neutro mō homo sine gra ꝓcepta implere potest. ꝛ iō Pellagius errauit q simpl'r ipleri ꝓcepta legis posse sine gra

**Ad primum** ergo dōm: q ꝓcepta legis (posuit. non qualitercunq; obſuata in vitā eternā inducunt: sed solum ſm q opera que ꝓcipiūtur charitate informata sunt: ſm q cadunt sub intentiōe legislatozis: ꝛ hoc modo planum est q sine gratia ſuari nō pñt. ¶ Ad scām dōm: q sicut alia ꝛ vtutū actus dupliciter considerari possunt: vel scām q sunt a virtute: vl' ſm q antecedunt virtutem: ita ēt ē de charitate: pōt eni aliquis ēt charitate m nō habens diligere ꝓximum ꝛ deuz ēt super omnia: vt quidaz dicunt: ꝛ hoc diligere intelligitur actus charitatis sub ꝓcepto directe cadere: ꝛ nō solum ſm q a charitate procedit. ¶ Ad tertium dicendū: q actus virtutum non sūt in ꝓcepto ſm q a virtute ꝓcedunt: sed quātum ad substantiam operis vt dictum ē ſm q contingit aliquem facere iusta etiam si non faciat: vt iustus facit. ¶ Ad quartū dicēdū: q hoc dictum ē ꝓpter multitudinem ꝓceptozum veteris legis: ꝓcipue quantum ad cerimonialia: que nunquā multitudo populi obseruauerat: ꝛ non nisi cum magna difficultate obseruari poterāt. ¶ Ad 5m dōm: q hō ꝛ si nūq; trāsgrederet vl' omitteret: nihilomin⁹ tñ peccato originali subiect⁹ eēt: a q̃ ñ nisi p graz libari pt: ꝓ q̃ merito subiret dānationē: ꝛ ēt ad legitimam etatē deueniens in hoc ipso peccaret: q se ad gratiam non ꝓparet. vnde etiam pro tali negligentia puniret. Si aūt ꝓpararet se faciendo quod i se ē proculdubio gratiā consequeretur: per quam vitā eternam mereri posset.

¶ Utz hō possit se ꝓparare ad graz sine aliq̃ gra. IIII.

**A** D quartū sic ꝓceditur. vr q hō non possit se ꝓparare ad graz sine aliqua gra. Primo per id qō dicitur Diere. io. Non ē in hoīe via eius: nec viri ē vt dirigat gressus suos. sz nullus q̃ paratur ad gram: nisi gressus eius dirigantur: ꝛ viam salutis querat. ergo nō ē in ptāte hominis vt se ad gratiaz ꝓparet. ¶ Preterea. illud quod est in potestate hominis non est necessariuz. vt homo ab alio petat: sed q homo ꝓparetur ad gratiam petendum est a deo: vt patet in ꝑal. Deduc me domine. ꝛc. ergo preparatio ad gratiaz non est in potestate hominis. ¶ Preterea. illud quod visibiliter factum est in quibusdā: g gratiam consecuti sunt: probabile est etiam in alys saltem inuisibiliter fieri: cum eadem ratio sit de vno ꝛ de omnibus: sed quidam cum etiam gratie resisterent per speciale munus gratie ad gratiaz ꝓparati sūt: vt patet in conuersione Pauli. ergo etiaz aly sine gratia saltem gratis data ad gratiam ꝓparari non possunt.

¶ Preterea. Deb. io. Oportet accedētez ad deum credere quia est: sed fides nō potest haberi nisi per gratiā. dei enim donuz est. vt ad Ephe. ii. dicitur. ergo cuz nullus se



ad gratiam ꝓparet nisi accedendo ad deum. videtur q sine munere gratie homo se ad gratiaz ꝓparare nō possit. ¶ P. Augu. dicit. q timoꝛ seruilis inducit charitatez: sicut seta linuz: sed timoꝛ seruilis ē donuz. s. f. ergo per gratiā gratis datā hō ꝓparatur ad graz gratū faciētem.

**Contra.** Zacha. ꝓmo dicitur. Cōuertimini ad me et ego conuertar ad vos: sed cōuersio quā nobis indicit. nō videtur eē aliud q̃z ꝓparatio ad receptionē gratie. ergo hoc primo a nobis exigitur: vt ad gratiā ꝓparemur q̃z q deus ad nos gratiā infundēdo cōuertat. ¶ P. Ansel. dicit. q aliquis nō habeat gratiaz nō ē ex hoc q ds nō velit eam dare: sz quia hō nō vult accipere. ergo si homo vult accipere: deus eā dabit: sz illud quod i volūtate hois cōstitutū ē i potestate lib. ar. est. ergo i potestate libe. arb. ē vt hō ad gratiaz se ꝓparet.

**Respondeo** dicēd ē q gratia dupliciter potest accipi: vel quodcūq; excitatiuuz volūtatis exhibitum hoī ab ipsa diuina prouidētia: qua oibus rebus gratis impēdit ex sua bonitate ea que ipsis conueniūt: vel aliquod donuz habituale in aia receptum: quod gratis a deo cōfertur. Si ergo primo modo accipitur gratia: nulli dubiuz ē q hō sine gratia dei nō potest se ꝓparare ad habēduz gratiaz gratū faciētē. vt eniz i. 8. phys. ostenditur mutatio volūtatis effici nō pōt sine aliquo mouēte per modū excitatis. oē eniz motuz necesse ē ab alio moueri: nec differt quicquid sit illud quod huiusmōi variationis occasionē prebeat: quasi volūtatē excitādo: siue sit admonitio hois vel egritudo corporis: vel aliquid huiusmōi que oia cōstat diuine prouidētie subiecta eē: ꝛ i bonū electoruz ordinata. Unde quicquid illud fuerit qō hoīez excitauerit ad conuertēduz se: vt gratiaz gratuz faciētem accipiat gratia gratis data dici pōt: ꝛ sic sine gratia gratis data hō se ad gratiam nō ꝓparat: ꝛ etiaz si gratia gratis data dicatur ipse actus lib. arb. quē deus in nobis facit: quo ad gratiā gratuz faciētē ꝓparamur. Si autē accipitur gratia pro aliquo munere habituali aie ifuso: sic duplex ē opinio Quidaz eniz dicūt q nullus potest se ad gratiā gratū faciēte ꝓparare: nisi p aliqō lumē mēti ifusuz: qō est donum gratie gratis date. Istud autē nō videt cōueniēs: q2 ꝓparatio que ē ad gratiā nō est p actus q sint ipsi gratie equādi equalitate proportiōis: sicut merituz equatur premio: ꝛ ideo nō opz vt actus quibus homo se ad gratiā habēdā ꝓparat: sint naturaz būanam excedētes: sicut eniz natura būana se habet i potētia materiali ad gratiā: ita actus virtutū naturaliū se hīt vt dispositiōes materiales ad ipsaz. vnde nō exigit ad hoc vt hō ad graz se ꝓparet aliqō aliud lumē gratie precedēs. ¶ Et ꝓterea sz hoc eēt abire in infinitū: quia illud etiā lumē gratie gratis date nō dat alicui: nisi qui ad illud recipiēdū ꝓparauit al's oibus daretur: qō nō pōt intelligi nisi forte gratia grat] data dicatur naturale lumē rōnis: qō ptinet ad bona nālia ꝛ nō ad gratuita nisi large accepta. Si autē preparatiōe idiget talis gra gratis data: tūc redibit questio de ista ꝓparatiōe vtruz i eam possit homo ex se vel nō. ꝛ sic vel abiretur in infinitum: vel erit deuenire ad aliquā gratiam ad quā homo per se ꝓparare potest se: ꝛ nō est ratio efficax quare hoc magis i vna gra sit q̃z in alia. Et ideo alys consentiēdo dicimus q ad gram gratuz faciētē habendā ex solo libero arbi. se homo potest ꝓparare. faciēdo eniz quod in se est gratiā a deo consequitur: hoc autem solum in nobis ē quod in potestate lib. arbi. constitutum est.

**Ad primum** ergo dicēdū q directio gressus speꝯ cialis nō potest eē nisi a deo: sine cuius prouidētia nulluz bonum contingit: nec tamē oportet q hoc per aliquē hītum infusuz fiat si directio gressuū ad

ꝓparationē ad gras gratuz faciētez precedētez referaī.

¶ Ad scōz dicēduz q homo nō pōt se ad gratiaz ꝓparare nec aliqō bo nū facere sine dei auxilio: ꝛ iō rogādus est vt nos ad se conuertat ꝛ etiā alios: nec tamē oportet q illud auxiliuz semp sit per aliquē hītum infusuz: sed pōt eē p multa q̃ exterius sunt salutis occasio: ꝛ p ipsuz actuz interiorē quē deus in nobis causat. ¶ Ad tertiuz dicēdū: q claritas illa q̃ circūfulsit Paulum: fuit claritas corporalis q̃ fuit q̃dā occasio q̃ ipsuz induxit. vt se ad gras bīdaz ꝓpararet: deuciēdo ipuz ꝛ cōterēdo: ꝛ cum se ad gram preparauit gram cōsecutus ē: nō tamē oportet q anteq̃z gras gratum facientez acceperit sibi aliquod lumē gratie gratis date infusum fuerit. vnde non dicitur q intus in ipso fulserit claritas: sz q2 cum circūfulsit q̃si exterius: ita etiā alys qui ad deum cōuertuntur occasiōes salutis deus preparat. ¶ Ad q̃rtuz dicenduz q etiā ad fidē bīdā aliquis se ꝓparare pōt per id qō in nāli rōne est. vnde dicitur q si aliquis i barbaris natus natiōibus qō in se ē faciat: deus sibi reuelabit illud quod ē necessariū ad salutē: vel ispīrādo: vel doctoꝛē mittēdo. vñ nō opz q bitus fidei ꝓcedat ꝓparationē ad gram gratū faciente: sz sīl' hō se ꝓparare pōt ad fidē bīdā: ꝛ ad alias vtutes ꝛ gram bīdā. ¶ Ad quintū dicendū q quāuis ꝑ timoꝛē seruilē charitas iducatur: tamē nō est necessariū vt timor seruilis charitatē ꝓcedat. timoz. n. seruilis semp cū pctō mortali hētur. multi antez charitatē consecuti sunt: qui nunq̃ mortal'r peccauerunt. vnde obiectio nihil probat ad propositum.

¶ Utz hō possit scire aliqd vez sine gra. V.

**A** D quintum sic ꝓceditur. videtur q sine gra hō nihil verus scire possit. ꝓio q id qō dr pme Cor. iz. Nemo pōt dicere dns iesus nisi i spū sctō. vbi dic Ambro. q oē verū a quocūq; dicat a spū sctō ē: sz spūssanctus nō bitat i nobis nisi p gras. ergo nullū verū dici aut sciri sine gra pōt. ¶ P. reuelatio dina nō fit nisi p ifusionē alicui⁹ luminis gratis dati: sz Ro. primo dr q ds illis. s. pbis reuelauit ea q̃ ēt nāli rōe cognouerūt. ergo nulla cognitio veritatis pōt eē sine aliquo lumie gre ifuso ¶ P. facilioꝛ via ē cognoscēdi aliqd p doctrinā q̃z p inuētionē: sz sicut Aug. i lib. de magro dicit: nullus pōt dicere exterius nisi iterius ds doceat. vñ pz q p doctrinā cognitionē vitatis hō hre nō pōt nisi p gre auxiliuz iteri⁹ operātis. ergo multo minus p iuētionē: ꝛ ita nullo mō: q2 oē qō gs nouit discēs vl' inueniēs nouit. vt pbus dicit. ¶ P. sicut se hz lux corpalis ad visuz: ita se hz lux spūalis ad itellz: sz nihil pōt videri corpa l'r nisi p ifluxū lucis corpalis: ꝛ ꝓcipue maxie lucētis qō ē sol. ergo nihil pōt itelligi nisi p ifluxū lumis spūalis a deo: ꝛ hoc ē gra. ergo nullū verū sine gra sciri pōt. ¶ P. q̃cūq; sūt in gre aliquo reducūtur: sicut in cām: in vnū primū qō est maximū in gre illo: sed pmū in gre itellectiuoꝛ ē ipse ds. ergo est maxie itelligēs: ꝛ cā intelligēdi oib⁹ itelligētibus: sz nō causat aliqd i nobis nisi aliqd ifluendo. g̃ nō possumus aliqō verꝛ intelligere sine (infusione alicuius gratie.

**Contra.** Damas. dicit q nulla res destituit ꝓpria operatiōe: sz intelligere verꝛ est ꝓpria opatio itellectus. ergo sine oi gra supaddita veri cognitionem hre pōt. ¶ P. nō est impotentioꝛ itellectus i itelligēdo q̃z sensus i sentiendo: sz sensus sine gra pōt sentire sensibilia. ergo ꝛ itells sine gra potest intelligere intelligibilia.

**Respondeo** Dicendum q verozum quenam sūt nāli rōni ꝓportionata. quedaz nāles rōnem excedunt. Illa nālem rōnem excedunt q̃ non possūt ꝛcludi ex ꝓmis ꝓncipys ꝑ se notis. cū. n. ꝓpria ꝓncipia sint sicut instrumēta itellus agētis. vt cōmētatoꝛ dicit in

tertio de anima:oportet ea eē proportionata virtuti eius sicut organa corporalia sūt proportionata virtuti motiue vnde que ex primis principijs cōcludi nō possunt naturale lumen intellectus excedūt.huiusmōi autē sunt ea que fidei sūt ⁊ futura cōtingentia ⁊ huiusmodi.⁊ ideo horum verorum cognitio sine lumine gratie gratis date haberi non potest:sicut est lumen fidei:⁊ etiā prophetie ⁊ aliquid huiusmodi.Si autem loquamur de illis veris que naturali ratione proportionata sunt:sciendum est q̄ circa hoc est duplex opinio.Quidam enim dicunt.vt supra dictum est q̄ intellectus agens est vnus oium:intellectum agentē deuz esse dicētes:⁊ cum intellectus agēs se habeat:hoc modo ad intelligibilia:sicut luciduz ad visibilia:volūt q̄ sicut nō potest videri aliquid visibile nisi per emissionez radij corporalis:ita nō possit intelligi aliqō intelligibile sine noua emissiōe radij spiritualis:q̄ ē gratia gratis data. Sed hec positio ꝓueniēs nō est.vt supra dictum est.nō enim intellectus agēs est aliqua substāa separata:vl deus:vt quidā theologi dicūt:vel intellectiua vt plures philosophorum.vt supra dictum ē:ſz nālis virtus ipsius rōnalis aīe:nec tamen oporteret hac positiōe suppposita vt semp noua ifusio gratie fieret i cuiuslibet veri cognitiōe:eo q̄ ifusio ⁊ emanatio spūaliū donorū nō est successiua per modū motus:ſz ē fixa:⁊ pmanēs.vñ ſm vnā irradiationē spiritualez intellectus possibilis ad oia sibi proportionata cognoscenda pficeret.Alioꝝ vero opinio est q̄ intellectus agēs sit quedaz potētia aie rōnalis.⁊ hec sustinēdo nō pōt rōnabiliter poni q̄ oporteat ad cognitionez veri talis de quo loquimur aliquod aliud lumen superinfundi.Quia ad hoc verū intelligēdum sufficit recipiēs speciē intelligibilē:⁊ faciēs speciē esse intelligibilē in actu:⁊ vtrūq; ē per virtutē nālē ipsius aie rōnalis nisi forte dicat:q̄ intellectus agēs insufficiens ē ad ℔:⁊ ita nā būana alys iperfectioꝝ eēt que nō sibi sufficeret in naturalibus operatiōibus. Et ideo dicēdū ē q̄ hec vera sine oī lumine gratie supaddito p lumen nāle intellectus agentis cognosci possunt.

**Ad primuz** dicendū q̄ sicut deus operat in nā et ꝓtinet virtutē nālē:ita ēt opat i intellectu ⁊ continet virtutem intellectiuam.vnde sicuti nullum opus naturale est nisi i deo:sicut i continente nec ambulatio,nec aliquid huiusmōi:ita etiam nec cognitio veritatis est nisi i spū sancto qui i intellectu operat:⁊ ipuz cōseruat.

¶ Ad ⁊m dicēdū q̄ sicut ibidē i glo.exponitur:pro tāto dī eis deus reuelasse:quia nālem rōnem eis dedit:⁊ creaturas cōdidit i q̄b⁹ maiestas creatoris cognosci poterat:⁊ nō p aliqō lumē gratie nāli lumini superadditum. ¶ Ad tertiū dicēduz q̄ sicut dicit Aug.i pmo de doctrina xp̄iana:ille q̄ docet silis est ei qui monet digitū ad aliqd ostendēdum.vnde sicut hō pōt exterius mouere digitū vt aliquid ostēdat nō autē pōt ꝓferre virtutē visiuam per quā ille qui docet doctrinā visibilē aduertat:ita etiaz pōt hō exterius vba ꝓferre que sūt signa veritatis.nō tn veri intelligēdi vtutē pbere q̄ a solo deo ē.p tāto.ergo dī ipse solus deus docere:q̄ vim intelligēdi i nobis ꝓtinet ⁊ causat:nō ex hoc q̄ i q̄libet cognitiōe vitatis nouū lumē gr̄a superinfundat:q̄liter autē diuersimode deus angeli ⁊ hō docere dīr dictum ē supra.di.9. ¶ Ad q̄rtū dicendū:q̄ ipsum lumē intellectus agētis est quedam irradiatio prime lucis ſm q̄ Dio.4.cap'o de.di.no.dicit q̄ oēs bonitates i creaturis participate sūt quidam radij diuīe bonitatis.⁊ ideo nō oporteret q̄ huic irradiatiōi aliud lumē superaddatur i his que naturali ratiōi sūt subdita. ¶ Ad quintum dicendum q̄ ipse deus est causa cuiuslibet nostre cognitōis:nō tn oz q̄ ℔ fiat p influxū alicuius gr̄e:ſz p influxū nālis luminis:q̄ dē lumē ab ipso ē. ¶ Expositio textus.

**Distin. XXIX.**

Tsine hac credāt hoiem posse facere oia dei mandata rē.) Intelligebāt vt simplr impleri possint ſm q̄ sūt efficacia ad vitam eternaz promerēdaz.(Ad hoc tamē iuuāte nos per suaz legē rē.) Ex hoc patet q̄ Pelagius ponebat eoꝝ que in lege sunt aut que ad fidez pertinent cognitionē a nobis habere nō posse per naturalē virtutē ratōis:⁊ i hoc recte sentiebat.(Recte a mortalib⁹ vii ñ potest rē.) Ut itelligatur rectitudo que ē necessaria ad opus meritoriū:nec tamē sequit̄ si ℔ nō potest hō sine gratia q̄ nō possit cauere transgressionem futuram:sicut pelagius videbatur arguere ex vno aliud volens concludere.(Id enim ꝓtra manicheos dixit rē.) Uidetur q̄ hec responsio nihil valeat:quia dictuz Augu.⁊ si obuiet positioni istorum:nihilominus potest cōfirmare positionem quā pelagius astruere videbat̄.⁊ vñ q̄ obuiet p rōnē eādē Sed dicēdum q̄ nō sequitur:quia opinio manichei erat q̄ volūtas erat determinata ad vnū faciēdū:qō si cēt ab ea rō culpe ⁊ laudis ⁊ vitupery auferretur:sicut ab illis q̄ agunt per necessitatem nature: sed q̄ fides catholica ponit hoiem non posse se a peccato liberare:qō incurrit vel per actum proprium vel per originē viciatum: non est ex determinatione volūtatis ad vnum:ſz ex eius insufficiētia ad p se acquirēdū illud sine quo a peccato liberari nō potest:nec diuina mādata implere pfecte sine gratia.Unde si eodē modo auctoritas Aug.vtriq; obuiat.(In potestate quippe hominis rē.) Sciēdū q̄ imutatio volūtatis in melius dupl'r potest itelligi vel ſm bonitatē ciuilem:⁊ sic hō p potestatez naturalē quā a deo accepit:pōt voluntatē mutare i melius:sicut i pdicamētis dī prauus ad melioꝛes exercitatiōes deductus:⁊ doctrinas pficiet vt melioꝛ sit:vl ſm bonitatē gratuitā.vt.ſ.acgrat gr̄am quā prius nō habuit:⁊ ℔ nō potest ex potestate nāli: sed ex ptāte gr̄e p quā mereat gr̄e augmētum ⁊ ꝓsumationem.

¶ Utr̄ hō ante pctm̄ eguerit gr̄a operāte ⁊ cooperāte. ⁊ q̄ operāte ⁊ cooperante gr̄a eguerit: ſz operāte nō eguit secūdum omnem modum quo ipsa operatur. ¶ Distin. xxxix.

Post hec cōsiderandū ē: vtr̄ hō ante pctm̄ eguerit gr̄a operāte ⁊ cooperāte. Ad qō breuiter dicim⁹: q̄ nō cooperāte tm̄:ſz etiam operāte gr̄a indigebat:nō quidē ex oēz operandi modū operātis gr̄e. Operat.n.liberādo ⁊ ꝓparando volūtatez hois ad bonū. Egebat itaq; hō ea:nō vt liberaret volūtatē suā q̄ peccati serua nō fuerat:ſz vt ꝓpararet ad volēdū efficaciter bonū qō p se nō poterat:non.n.poterat bonū mereri sine gr̄a. vt Aug.in ench.euidenter tradit. Illā ingt imortalitatē in q̄ poterat nō mori nā būana pdidit p li.ar.Hāc vero in q̄ nō poterit mori acceptura ē p gr̄az: quā fuerat si ñ peccassz acceptura p meritū q̄uis sine gr̄a. nec tūc vlluz meritū eē potuisset:qz ⁊ si peccatuz in solo erat arbitrio cōstitutū:ñ tn iusticie babēde vel retinende sufficiebat lib.arbi.nisi diuinum prebereturadiutoriū. Ecce his verbis satis ondit̄ q̄ ante peccatum homo indigebat gratia operāte ⁊ cooperāte. Nō.n.bēbat quo pedem



mouere posset sine gratie operātis ⁊ cooperātis auxilio.habuit tn quo poterat stare.

¶ Qz homo ante lapsum virtutes habuerit.

Quereꝛca q̄ri solet vtr̄ hō añ lapsū virtutē hūerit. Quibusdā vr̄ q̄ nō hūit: id ita pbare conātib⁹. Justitia iquisit nō būit:qz pceptū dei ꝓpfit.nec pdētia:qz sibi ñ puidit.neq; tpantia:qz aliena appetit.nec fortitudinē:qz praue suggestiōi cessit Quib⁹ ñdētes dicim⁹ eū qdē nō tūc hūisse has virtutes q̄ peccauit:ſz añ: ⁊ tūc amisisse. Qz mltis testimōijs sc̄ōz ꝓbat̄.ait.n. Augu.i q̄dā homelia. Adā pdita charitate mal⁹ iuēt⁹ē. Itē Princeps viciorū dū vicit Adā ō limo terre ad imaginē ōi fcm̄:pudicicia armatū:tpantia ꝓpositū:charitate splēdiduz:prios pentes ill' donis ac tāris bōis expoliauit pariterq; pemit. Be hō eodē. Amb.ad sabinū ait. Q̄ñ Adā sol⁹ erat ñ ē puaricat⁹:qz ei⁹ mēs deo adherebat. Sup psalmū quoq; dic̄ q̄ hō añ pctm̄ brissim⁹:aurā carpebat etheream.ſz qūo fine xrute brissim⁹ erat: Aug.quoq; sup Genesz dic̄. Adam añ pctm̄ spūali mente pditū fuisse. Nō est ergo dubitandū hoiez ante pctm̄ virtutibus fulsisse: sed illis per peccatum spoliatum fuisse.

¶ De electione hominis de paradiso.

In illo⁹ quoq; pcti pena electus ē de paradiso i istū miseriaꝝ locū:sic i genesi legit̄. Nūc g̃ ne forte mittat manū suam: ⁊ sumat ō ligno vite: ⁊ comedat ⁊ viuat in eternū:e misit eū de⁹ de paradiso voluptatis.His verbis insinuari vr̄ q̄ nunq; moreretur si postea de illo sumpsisset ligno.

¶ Qūo intelligenduz sit illud ne sumat de ligno vite ⁊ comedat ⁊ vinat i eternū.

Sed qz p pctm̄ iā mortuū corp⁹ hēbat illa xba ex tali itell'u accipi pñt. Deus mō irati loquēs ō hoie supbo ait. Uidete ne forte mittat ma.su. ⁊ c̄.i.cauete vos ãgeli ne comedat ō ligno vite quo idign⁹ē. De quo si pstitisz cōcederet ⁊ viueret i eternū. Sz mō pp iobediētiā idign⁹ē comedet̄. Et sic̄ xbo dixit ita ope exhibuit. Emisit.n.eū ds ō padiso voluptatis i locū sibi ꝓgruū:sic̄ plerūq; mal⁹ cū inter bonos viuere ceperit:si in melius mutari noluerit: de bonoꝝ cōgregatione pellitur pōdere prauc consuetudinis pressus.

¶ De flāmeo gladio añ paradisum posito.

Nec xo possz ad illud accedere collocanit ds añ paradisuz Cherubin: ⁊ flāmeū gladiū atq; xpatilē ad custodiēdā viā ligni vite.qō inꝑta lr̄am pōt ℔ mō accipi. Qz p ministeriū āgeloꝝ ignea custodia illi ꝓstituta fuit. Hoc.n.p celestes prātes in paradiso visibili factū cē credēdū ē: vt p angelicū misteriū ibi eēt q̄dā ignea custodia:ñ tn frustra:ſz qz aliqd signāt de paradiso spūali. Cherubi.n.interꝑtat plenitudo scie.h ē charitas: qz plenitudo legis ē dilectio. Gladi⁹ āt flāme⁹ pene tpales sūt q̄ xpatiles sūt.qñ tpa volubilia sē Illa g̃ ad custodiā ligni vite.ió posita sūt añ paradisū:qz ad vitā nō redit̄ nisi p Cherubi.ſ.plenitudinē scie,i.charitatē: ⁊ p gladiū versatilē.i. tolerantiā passionum temporaliū.

¶ An hō ante pctm̄ comederit de ligno vite.

Potest āt q̄ri vtr̄ de lignovite añ pctm̄ comederit hō. De hoc aug.i li. ō bap. puu loꝝ sic ait. Recte pfecto itelligūt̄ primi hoies añ malignā dyaboli psuasionē abstinuisse a cibo vetito:atq; vñ fuisse cōcessis.His xbis oñdit̄ q̄ de ligno vite añ pctm̄ sumpserint:qbus pceptū erat vt de oi ligno paradisi comederēt: nisi ō ligno scie boni ⁊ mali.

¶ Quare non sunt facti immortales si comederint de ligno vite.

Quare g̃ ꝓpetua soliditate ⁊ btā imortalitate vestiti ñ sūt: vt nulla ifirmitate vl' etate i ōteri⁹ mutarēt̄. Hāc.n. xtutē nāl'r illud lignū hūisse dī. Sz forte ñ ℔ cōferebat:nisi sepe de illo sumeret̄. Potuit g̃ fieri vt ō illo sumeret semel ⁊ ñ sepi⁹:q̄ p aliqz morā i paradiso fuisse intelligit̄:cū scriptura dicat cū ibi sopoꝛatū fuisse quādo costa de latere eius assumpta ē: ⁊ inde formata mulier. ⁊ alia ante eū ducta:qbus nomina imposuit.

¶ Diuisio textus.

Postquā determinauit de gr̄a absolute. Nic determinat de ea p ꝓparatiōez ad statū ꝑmi hois i ꝑmo statu. Et diuidi tur i partes duas. In ꝑma iquirit an hō i ꝑmo statu gr̄am habuerit. Scōo determinat quā penā p peccato icurrerit.ibi.(In illi⁹ quoq; pcti pena rē.) ¶ Circa ꝑmū duo facit. Primo iquirit an hō i ꝑmo statu gr̄a eguerit. Scōo an vtutes gratuitas habuerit.ibi(Primū queri solet rē.)(In illi⁹ quoq; rē.) Dic determinat penā quā hō incurrit p petō quo gr̄az ⁊ virtutē amisit.Et diuidit in duo. Primo determinat penā.Scōo oñdit veritatē cuiusdā qōnis ex pdictis occasionate.ibi. (Pōt ēt q̄ri rē.) ¶ Circa primū duo facit. Primo oñdit q̄ Adā p petō ⁊ locū delitiarū ⁊ cibū saluberrimū amisit.Scōo quo ipeditus ē ab ei⁹ recuperatione.ibi. (Ne vo posset ad illud accedere rē.) ¶ Circa ꝑmū duo facit. Primo oñdit penā ex vbis scripture.Scōo mouet q̄sdaz dubitatiōes ex vbis illis: quā primo mouet.ibi.(Dis vbis insinuare rē.) Scōo soluit.ibi.(Sz qz p pctm̄ rē.)(Pōt aūt q̄ri rē.) Dic mouet quādā dubitationē ex pdictis occasionataz.ſ.an hō añ pctm̄ de ligno vite comederit.Et primo determinat q̄ sic.Secūdo mouet iterum dubitationē cōtra hec oꝛtam ⁊ determinat eā ibi.(Quare ergo perpetua soliditate rē.)

¶Questio. I.

Hic .v. quǽruntur. Prio an bō in statu inocentie gr̃a idiguerit. Secūdo an gratiā habuit. Tertio si habuit vtrū gratia hūani gn̄is si inocētia pstitisset fuisset maior q̄ modo sit. Quarto vtrūz actus hūani fuissent efficaciores ad merendū. Quinto de pena que in l̃a ponit boiem propria transgressione consecuta.

¶Utr̄ nā i statu inocētie eguerit gr̃a. I.

Ad primuz sic pcedit. videtur q̄ bō i statu inocentie gratia nō egnerit. Ad hoc.n. gr̃a dat hoibus vt deo sint accepti: sz cum hūana nā integra erat sine aliq̄ corruptiōe pcti bō ex bonitate nāli deo acceptus erat. oē.n. bonū et pcipue malo ipmixtū deo acceptū ē. ḡ gr̃a supaddita n̄ idigebat. ¶P. gr̃a diuidit i operārē: et cooperātē: sz nō idigebat i statu illo gr̃a operāte: q; ipi⁹ n̄ erat: cū tn̄ effect⁹ gr̃e operāti sit ō ipio facere piū: nec iterū cooperāte: q; nulla difficultate ad bonū agēdū patiebat: gr̃a vo cooperās ad hoc dat: vt bō bonū facile facere possit. ergo nulla gr̃a indigebat. ¶P. vt dicit deutro. 32. dei pfecta sūt opera. nō aūt eēt i dīnis opibus pfectio: si aliqs gradus nobilitatis polis eēt i creaturis q̄ ⁊stitut⁹a deo nō eēt. ergo oīs gradus bonitatis polis i creaturis i rez nā ⁊uenit: sz poterat ōs talē nāz ꝺdere q̄ p ꝑpria nālia vitam eternā mereret: alias nō eēt oipotēs: cū igit̄ nl̄a alia creatura b̄ magis b̄e videat q̄ bō vel āgelus. vī q̄ b̄ eis ꝺueniat: et ita si nā hūana pura eēt: sic i ꝑmo statu erat bō: gr̃a nō idigeret ad vitā eternā ꝓmerēdā. ¶P. pena nūquā p cedit culpā: cū sit effectus eius: sz carētia visiōis dīne ē pena originalis culpe. ergo si i nā hūana nō fuisset culpa nec ēt ibi fuisz carētia dīne visiōis: sz poterat bō i statu inocētie oī culpa carere absq; gr̃a. ergo et gr̃a nō indigebat ad b̄ vt ad dei visionē pueniret. ¶P. ad b̄ gr̃a dat boi vt p̄eā deo ꝺfiguret et assimilet: sz ex ꝺditiōe nāe sue bō ad imaginē et sīlitudinē dei factus est. ergo si natura in eo integra maneret alia gratia nō indigeret.

**Contra.** Ro. 6. dr̄. Hr̃a āt dei vita eterna: sz necesse erat homini vt ad vitam eternā pueniret. ergo idigebat gr̃a p quā ad eā pueniē. ¶P. pctm̄ nāz humanā nō mutauit: sz eadē manet aī et post: sz meritū vite eterne excedit virtutem nature post peccatum. ergo etiā excedebat vires eius ante peccatum. ergo indigebat gratia per quā vitam eternam mereretur.

**Respōdeo** dōz q̄ duplex ē necessitas. Una absoluta q̄ ē ex prioribus causis vt ex mālī et formali: ex gb⁹ ꝓponūtur res: vt q̄ oē ꝓposituz ex ℞ys necesse ē corrūpi et hȝ. Alia vo ē ꝺditionata ex suppositiōe finis: vt si serra ꝺbeat facere serre opus. s. sectionē: necesse ē eā dētes ferreos hr̃e. Nec āt necessitas ē duplex: q̄dā. s. sine q̄ nō pōt hr̄i finis itentus: sicut sine cibo nō pōt hr̄i cōseruatio vite: q̄dā vo sine q̄ nō pōt aliqs ad finez de facili ptingere: sicut dr̄ equus necessarius boi ad pagēdū iter: et nomē vtilitatis cōe ē vtriq; modoꝝ necessitatis vltimo positoꝝ: sz nomē idigētie magis se bz ad ꝑmū modū eoꝝ. Illo.n. ꝓprie dicimur idigere: sine quo finē ꝺseq̄ nō possumus: ℞ b̄ dico q̄ bō aī pctm̄ gr̃a idigebat: q; sine gr̃a finē vite eterne nullo mō ꝺseq̄ potuisz: ad finē.n. nō pueniē nisi p opa ꝓportiōata fini. vita āt eterna ē finis oīno nāe humane facultatē excedēs. vñ ēt itell'z et cōsideriū supat prime Loz. Oculus nō vidit et auris nō audiuit 1ē. Ideo op̄z q̄ opera p q̄ ad vitam eternam ꝓuenitur vires nature humane excedāt. vnde in ea homo nō potest fine aliquo dono naturalibus addito: et ideo quātūcunq; natura humana sit integra: nihilominus homo gratia indiget ad vitam eternam consequendam.

POstquā determinauit de pctō originali quātū ad principiū ⁊ quātum ad terminū ostēdens quo mō a parētibus cōtrabatur: ⁊ quo modo per baptismū dimittatur. hic determinat de eo quātum ad numerū inquirēs vtrum originale sit vnum vel multa: ⁊ diuiditur in duas. In prima ingrit si pctm originale sit vnum quasi ex vno pctō causatō ⁊ inductum: an multa: q̄si ex pctis oium precedētium parētum relictum. et ostēdit q ex pctō p̄mi parentis inducitur tātum. In scōa iquirit si ex pctō proximorū parētum aliqua pena in filios redūdet. ibi. (Et licz pctis parentū ⁊c.) Pria diuiditur in duas. In pma ostēdit q ex solo pctō primi parētis tota posteritas originali inficitur In scōa inquirit de illo pctō primo cuiusmodi fuerit. ibi. (Dic queri solet vtrum peccatū ⁊c.) Pria diuidit in tres. In pma mouet questionē. In scōa inducit probationes ad partē falsam ad ostēdendū peccata precedētium parentum in paruulos trāsire. ibi. (De hoc Augu. i encheridion ⁊c.) In tertia inducit ad partē verā. ibi. (Deide de parētum p̄cedentium peccatis.) Qz autē peccatū originale ex pluribus peccatis causetur: ⁊ nō ex vno tātum primi parētis tripliciter in scōa parte ostendit. Prio ex auctoritate Exod. 20. (Ego sum deus ⁊c.) Scōo ex B q in scriptura originale pluraliter significatur. ibi. (Et q ñ illud solū ⁊c.) Tertio ex multiplicitate pctī ipsius ade. ibi. (Qz vo in actuali ⁊c.) (Deide de parētū ⁊c.) Dic inducit ea q̄ fiūt ad 3riam partē. Et primo ostēdit q etiā ea que p̄dicta sunt ab Augustino p modū dubitatiōis tradita fūr. Scōo ostēdit q etiam eius sñie cōtradiceret si ita poneret. ibi. (Aliogn sibi cōtradiceret ⁊c.) Ubi et soluit ea q̄ pro parte alia inducūtur. ibi. (Queri solet ⁊c.) Dic ingrit quale fuerit illud ade pctm quō totū humanā nām infecit. Et diuidit in partes duas. In pma ingrit de grauitate eius: vtrū. s. ceteris pctis grauius fuerit. In scōa ingrit de remissiōe ipsius: vtz. s. ceteris parentibus remissum sit. ibi. (Si vo q̄rit an id peccatū ⁊c.)

¶ Circa primū tria facit. Prio mouet qōnē. Scōo inducit quādā opinionē ⁊ pbationē eius. ibi. (Qō gbusdā: ita esse vī ⁊c.) In tertia inducit solutionē illius pbatiōis. ibi. (Ad qō dici pōt ⁊c.) (Et 3z pctis parentū ⁊c.) Ostēso q peccata primoz parētum in filios nō redūdant quātū ad infectionē originalis macule. Dic ingrit vtrū in eos redūdēt aliq̄ mō quātū ad aliquā penā. Et diuidit in partes duas. In pma mouet dubitationē. In scōa determinat eā. ibi. (Sed vt ait Hiero. ⁊c.) Et diuidit in duas. Qz primo determinat eā exponēdo auctoritates ad lram. In scōa exponēdo eas mystice. ibi. (Qō enim mystice itelligēdum esse ostēdit ⁊c.)

¶ Circa primū duo facit. Prio ponit auctoritatē ⁊ expositionē p quā ad pcedia reducunt. Scōo excludit q̄dā obiectionē. ibi. (Uerūtamē de imitatoribus ⁊c.) (Qō et mystice ⁊c.) Dic determinat dubitationē 3z mystica ex positionē. Et primo ponit expositionem. Scōo inducit probationem eius qō supposuerat. ibi. (Ad probandum vero vt ait Hieronymus ⁊c.)

¶ Questio. I.

HIc est duplex q̄stio. Pria de vnitate originalis peccati. Scōa ō pena eius dē.

¶ Circa primū q̄runtur tria. Prio si peccata proximoz parentū in filios trāseant q̄tum ad ifectionē macule originalis. Scōo dato q non: si eos ad aliquā penam obligant. Tertio si originale peccatum est vnum vel multa.

¶ Utz aliqs ꝺbat maculā ex parētibus ꝓximis. I.

APrimum sic procedit. videtur q ex proximis parētibus aliquis cōtrahat maculā originaliter. In successiua. n. gñatiōe boium quāto accipit̄ generans ꝓximius tāto efficacius filiitudinē suam in genito iducit. vñ filius magis assimilātur patrib⁹ q̄ auis ⁊ pauis: ⁊ sic deinceps: 3z traductio originalis fit scōz assimilationē gñantis ad genitū: qz in originali natus ēt i originali gñat. ergo magis cōtrahit natus originale p peccatū ꝓximi parētis q̄ p peccatū ade.

¶ Ꝓ. ex libidine coitꝰ vt supra dixit Aug. relinquit̄ originale i prole: 3z libido illa est ꝓximi parētis q̄litercūq; sumatur. ergo ex pctis ꝓximoz parentū ples originaliter ificit̄.

¶ Ꝓ. oium cōuenientiū i specie ē eadē relatio ad nām spēi: sed oēs boies in spē cōueniūt. si ergo adā p actum propriū nām humanā corrūpere potuit. vī q etiā alij p actualia peccata būanā nāz in seipsis corrūpāt: sed filius accipit nāz būanā a pre. ergo oz q ex pctō actuali ꝓximi parētis sequat̄ ifectio originalis culpe i ple.

¶ Si dicat q hoc non pōt ee: qz exq̄ nā būana corrupta ē p primū parētē vlterius per sequentia nō corrumpitur.

¶ Cōtra. primū peccatum nō ex toto naturā humanā corrumpit: sed qō nō ex toto corruptum est adhuc corruptibile remanet: ⁊ magis q̄ primo fuit. ergo humanā naturā possibile est etiā per sequētia peccata corrumpi: ⁊ precipue: cū alia sint eque grauia vel grauiora: q̄ primū fuit.

¶ Si dicat q ideo per actū ade nā corrumpi potuit: qz ipse principiū nāe sue fuit qō alys nō cōuenit.

¶ Cōtra. Ponatur q aliquē alium boiem deus ex limo terre formaret: ꝓstat q istius adā principiū nō esset. sed illud quod est nature principium habet habitudinem principij ad omnia participantia naturam illam. ergo videtur q ade non per se cōueniat q sit principium humane nature: sed per accidens tantum. Illud autem quod ē per accidens non causat variam habitudinem indiuidui ad naturam speciei: inquantum species est. ergo ex hac nō sequitur q Adam potuerit inficere naturam humanam: cum: ⁊ alij possent.

Contra Ro. 5. Per vnum hoiem peccatum in hunc mundum intrauit: ⁊ loquitur de pctō originali. vt supra dixit Augu. ergo tantum ex primo parente traducitur peccatum originale: ⁊ nō ex peccatis proximorum parentū.

¶ Preterea. originale ex actu originis causatur: 3z actus originis est vnifozmis ⁊ vnus in tota natura humana. ergo opz q ifectio que ex eo ꝓsequit̄ nō in diuersa principia: 3z in vnū tantū reducatur.

Respondeo dicendū q sicut supra dictum est nullus defectus traducitur de necessitate ex parente in plez: maxie q ex parte aie se teneat: nisi q nāz spēi respicit. defectū aūt ad nām pertinentē solū primū pctm induxit: ipz. n. discōtinuauit ad hesiones boīs ad deū: ex B āt q ꝓtinue hō deo adherebat: B vtus illi idita erat vt sub obediētia rōnis cōtinue subderēt̄ iferiores vires: ⁊ sub obediētia aie corpus: pp B. s. q rō suo supiori ꝓtinue subdita fuerat. itercisa āt prima obediētia p B q rō primi



hominis a deo auersa est p peccatum consecuta est disturbatio ordinis in iferioribus viribus ad rationez ⁊ corporis ad aiam. sequentia autez peccata nó sunt causa huius intercisionis: scilicet ratōis humane ad deū: quia siue aly boīes peccarent siue nó semper hoc remanebat i natura būana q aliquando ratio hois a deo auersa fuerat: sed ex alys peccatis relinquūtur ōfectus ⁊ corruptiōes personā respicientes inquātuz qui peccat efficitur pronior ad peccāduz. ⁊ ideo peccata actualia proximoruz parentuz nullo modo in filios transeunt.

Ad primum ergo dicēduz q assimilatio generātis ad genituz p se loquēdo est i natura speciei: qz generās vniuocū generat sibi simile in specie. ꝓtingit autē quādoq; q etiā i accidētibus idiuidui sit assimilatio filij ad patrez: sed hoc nō ē nisi in accidētibus corporalibus vt q podagricus generet podagricuz nō autē i accidētibus aīe. nō enim musicus generat musicuz: sed ratiōales rōnalē. pctā autē proximorum parētuz nihil in nām corruptiōis iducūt inquātuz nā est: qz nā iā corrupta est scōz q corrūpi potuit per pctm primi hois. ⁊ ideo natura cū illa corruptiōe peruenit ad proximos parētes: ⁊ cum illa corruptiōe nāz traduxit. ⁊ ideo dicitur q oīs hō generat inquātuz est adā: ⁊ ita patet q ex solo pctō primi parentis originale cōtrahitur.

¶ Ad scōz dicēduz q libido proximi parētī: per quā pctm originale i prolē iducitur: quocūq; modo sumatur: nō habet virtutē ificiendi prolez macula culpe: nisi scōz q cōsecutuz est ex volūtate iordinata primi parētis. ⁊ ideo tota cā ifectiōis in peccatuz primi parētis retorquetur.

¶ Ad tertiuz dicēduz q i adā fuit natura itegra dotata munere quod deus būane nature gratis cōtulerat. vnde p pctm ipsius potuit nā būana corrūpi i ipso: ⁊ p cōsequēs in oībus qui nāz būanā ab eo accipiēt: qz genituz accipit nāz a generāte q̄lez generās bz. In alys autē boībus iuenitur nā iā corrupta. vnde illius corruptiōis vlterius istud pctm cā ee nō potest: sicut q semel mortuuz est iteruz nō occiditur: i quocūq; autē boīe fuit 3z inuēta būana nā integra per pctm ipsius poterat corrūpi in eo ⁊ i bis qui ab eo descenderēt. Uñ patet q seruat̄ eadē relatio oiuz boiuz ad nāz cōmunē.

¶ Ad quartuz dicēdū q per pctm ꝑsone nō corrūpitur i nā illud quod ex ꝑncipys nāe relinquit̄: nisi forte quātuz ad personā illā pertinet: 3z corrūpitur soluz quātuz ad id bonitatis quod nāe superadditur fuit: hoc autē totū p primū pctm subtractū est. Uñ illud nature quod itegruz remanet: p alia pcta corruptibile nō fuit: nisi quātuz ad personā peccātis: prout i eo relinquit̄ minor habilitas ad cōsequēduz gr̄az: ⁊ talis corruptio ab vno i alteruz nō trāsfunditur.

¶ Ad quintū dicēdū q principium alicuius nature potest accipi duplicit̄er: vel 3z q nā cōsideratur absolute scōz rationē speciei: ⁊ hoc modo adā nō fuit principiū nature būane nisi per accidēs: nec sic etiā totā nām humanā ifecit: qz si aliquis de limo terre iterꝫ formaretur originalē maculā nō haberet: aut prout habet ēē natura cōmunis i idiuiduis: ⁊ hoc modo quodlibet generās est quodāmodo nature principiū in genito: ⁊ scōz hunc modum ille hō: ex quo oēs boies geniti sūt: nature būane principium dicitur esse.

¶ Utrum culpa proximoruz parētum redundet in filios quātuz ad penā. II.

ADsecūduz sic procedit. vī q culpa proximoruz parētū i filios redūdet quātū ad penā. Prio p id qō dicit Exod. 20. cap. Ego sum deus zelotes visitās iniquitates patrꝫ i filios: ⁊ loquit̄ ibi de visitatiōe correctionis q̄ p penā fit. ergo p pctis parētuz filij puniūtur.

¶ Si dicat q itelligit̄ tm ō imitātibus pctā patrū. vt i lra dicit

¶ Cōtra. Ipsa imitatio q̄ gs pctōz imitat̄ pctm qōdā ē: nec ē pctm imitari: 3z imitātis. si g̃ p̄ puniāt̄ filij q pctā patrū imitāt̄: nō pctā patrū i eis visitat deus: vt scriptura dicit. 3z pctā ꝓpria.

¶ Ꝓ. nō magis peccat q imitat̄ pctm alicuius gñe pcti q̄ ipse pr̄ peccauerit i eodē pctō: imo forte minus: 3z q bz magis iclinās ad peccādū. s. exēplū pris 3z q plus nō peccat plus nō dz puniri. si ergo pr̄ p illo pctō tēporaliter punitus nō fuit: iniustū ē vt p eius imitatione filius puniat̄. Si ergo punit̄ vī q p vtroq; pctō filius puniat̄. s. ꝓprio ⁊ pris.

¶ Ꝓ. iusticia būana exēplata ē a diuina 3z bz būanā iusticiā filij p pctō parētū exheredātur. ergo ⁊ bz diuā iusticiā filij p pctis patrū puniūtur.

¶ Ꝓ. magis ē ꝺiunctus filius pri q̄ ppls regi: 3z p pctō regis ppls puniretur vt legit̄ secūdi Regū vltimo: q̄n Dauid pplz numerauit. ergo multo fortius p pctō parētum filij puniūtur.

Contra. Ezech. 18. Filius nō portabit iniquitatez pris: portaret autē si p eius pctō penā subiret. ergo filij p pctis parētū nō puniūt̄.

¶ Ꝓ. pena rñdet culpe 3z culpa patris actualis nō trāsfundit̄ i filiū. ergo iniustuz est q p p culpa patris filius puniatur.

Respondeo dōz q filius pōt dupl'r cōsiderari vl'inq; tū e ꝑsona q̄dā: vl' put ē quedā res parētis: qz ad felicitatē ciuilē iter alia bona fortune q̄ ꝺferunt̄ orgānice ēt ples ꝺferre dr̄ et bi. primo a pbō. Est āt filij res q̄dā parētis q̄tū ad corpus qō a pre bz: ⁊ q̄tū ad res mundi de gbus filius pr̄em iuuare tenet: 3z q̄tū ad aiam q̄ immediate a deo creat̄ nō ē res parētis: 3z ipsius dei: ⁊ hoc significat Eze. 18. Sicut aia pris mea ē: ita ⁊ aia filij. Sciendū ē ergo: q pctm ꝺsequit̄ duplex pena: vt p se q̄ ad aiaz p tinet ⁊ i pr̄senti: vt amissio gr̄e ⁊ turbatio ꝺscie ⁊ bō: ⁊ i futuro: vt pena iferni. ⁊ bō pena nūq̄ filius p pctō pris punit̄: qz ista pena nō attingit ipsum r̄m q est res pris: alia pena ꝺsequit̄ pctm q̄si p accēs: sicut infirmitates corporales ⁊ alie pene tēporales. vñ nec etiā semp peccātibus tales pene infligunt̄: 3z r̄m moderationē prudentie dine cūcta gubernantis: ⁊ tali pena q̄nq; punit̄ filius p pctō pris: nisi fiat impedimētū ex pte filij: vt contrarius pctō pris existat p bonā vitam. hec enim pena cōtingit ip3 3z q est res patris: sicut etiā p pctō bois quādoq; occiduntur animalia: ⁊ effoduntur domus in quibus nulla est culpa.

Ad primuz ergo dōz. q auctoritas ista ite lligitur ō pena tēporali: ⁊ i illis q imitādo pctm parētū nō pstāt impedimētū vindicte.

¶ Ad 2m dōz q imitatio nō ponit̄ cā prima p qua pena temporalis infligat̄: sed q̄si cā media p quā influentia cause prime ad effectū ꝺiungit̄. virtus. n. pcti parētis nō sufficit i istum si pctō repugnet: 3z p imitatiōez quodā mō ꝺtinuat̄. vñ ex hoc nō tollit̄ q̄m p pctō pris aliquo mō puniat̄.

¶ Ad 3m dōz q in filio imitāte pctm pris est duplex ratio: q̄re tēporaliter puniat̄: tū q̄ ipemet peccat imitādo prem: tuz q̄ res pris est: ⁊ decet vt p peccato patris puniatur inquātū est res eius. In patre autē erat vna ratio tantū. ⁊ ideo magis punitur filius q̄ pater: ⁊ p̄cipue q̄ contingit vt filij qui peccata patrū imitātur liberius peccāt quasi i bis nutriti ⁊ i plura peccata se p̄cipitant cū minori cōscientie remorsu pp cōsuetudinē ⁊ auctoritatē maiorū suoz.

¶ Ad q̄rtū dōz q iusticia humana nō punit filiū p peccato patris i eo etiā qō ex patre iam accepit: sed in eo qō ex patre accepturus erat: vel quātū ad corpus vel etiā q̄tū ad possessiōes: nō enim q̄ pater peccat filius iā nat⁹ trūcat̄: neq; filius emācipat⁹ exheredat̄: 3z p accidens pena patris redūdat i filiū q̄n patri auferetur id quod in filium ex patre transire debebat vt hereditas vel etiam mēbrū: qz ex truncatis trūcatus nascit̄.

¶ Ad quintū dicēduz q populus est res regis: ⁊ punitur populus vt in pena eius rex puniatur: ⁊ hoc precipue con-

tingit. vt Hregorius dicit quãdo' peccata populi merẽtur vt super eos rex peccato: cõstituatur: vel i peccatum labi pmittat. vt Job. 34. Qui regnare facit hypocritã pp pctã ppli. Et sic pz q populus etiã pro peccato proprio puniat.

¶ Utr pctm originale sit tm vnũ. III.

AD tertiũ sic proceditur. videt q peccatum originale nõ sit vnus tãtus. Quod enim pluraliter significatur vnũ esse nõ potest: sed sancti de originali loquẽtes pluraliter ipz significãt. vt Rabanus qui dicit q boi i peccatũ redeũti nõ solum pctã que post baptismũ egit iputabũtur ad penã: sz originalia que i baptismo ei dimissa sũt: vt ẽrto lib. sniarum. zz. di. ergo originale peccatus nõ ẽ vnũ tãtus. ¶ P. ipossibile est q vnus habitus iclinet ad oẽs actus peccati pcipue cũ quidã eorus adinuicẽ cõtrariẽtur: sed fz Ansel. originale ẽ pronitas ad oẽ malũ. ergo impossibile ẽ q sit vnus tãtus. ¶ P. vni culpe debetur vna pena: sz pctõ originali multiplex pena debetur vt carẽtia visiõis diuine: necessitas moriẽdi: & huiusmodi. ergo nõ est tãtus vna culpa. ¶ P. ipossibile ẽ idẽ accidẽs in aĩa & corpore cẽ: sicut i subiecto. sz feditas originalis ex carne resultat in aĩam: & tamẽ post quã aĩaz ifecerit i carne eẽ nõ desinit. ergo nõ est vna tãtus ifectio: sed plures. ¶ P. diuersarũ potẽtiarum diuerse sũt priuatiões & habit⁹: sz p originale oẽs potẽtie aie sunt corrupte. ergo originale impossibile est vnum esse.

**Contra est.** Ro. 5. i glo. Unus hõ vnum peccatus misit i mũdum & loquitur de originali. ergo originale est vnum. ¶ P. subiectum originalis est essentia aie. vt supra dictus est: sed essentia aie est tantum vna. ergo originale est tãtum vnũ.

**Respondeo** dicẽdũ q i aliquo habẽte plures partes potest eẽ corruptio i partibus duplex. vel ex eo q soluitur illa eqlitas ex q oium partium bona habitudo erat: vel ex eo q soluitur aliquid eorũ qõ determinatã partem seruabat. vt pz i corpore: cõtingit. n. debilitatẽ fieri i partibus corporis ex eo q soluitur eqlitas cõplexiõis ex q erat vigor i oibus partibus corporis: sicut in febre accidit. & iõ vna febris ẽ q partes oẽs corporis debilitãtur: & nõ singule i singulis partibus. ¶ tingit ẽt partes corporis debilitari p hoc q defectus ẽ alicuius in quo virtus mẽbri cõsistebat: & tũc opz q diuersis partib⁹ diuerse corruptiões respõdeãt: sicut q oculus est lippus & pes ẽ claudus: & sic de alys. simil'r cõtingit eẽ corruptionẽ i partibus aie dupliciter. aut ex eo q vniuscuiusq; partis aie fit corruptio quãtũ ad id qõ proprium est sibi: sicut ẽ in pctõ actuali: qz per proprium actum potẽtie iducitur prava dispositio & habitus i ipsa: & scõm hoc oportet vt pluriũ potẽtiarũ sint plures corruptiões. nõ. n. eodem habitu peccati corrumpũtur cõcupiscibilis & irascibilis: & sic õ alys: sz sicut diuersis habitibus virtutũ perficiũtur: ita ẽt diuersis habitibus viciorum corrũpũtur: aut ex eo q tollitur illud quod oẽs partes aie i recto ordine cõseruabat: & talis corruptio est p originale peccatũ. pma est p actuale peccatum: quod ẽ priuatio originalis iusticie. & iõ peccatum originale quo omnes partes anime corrumpunt est vnũ tm i boie vno: i pluribus aũt numero differũt.

**Ad primum** ergo dicẽdũ q petm originale quodã modo est actualium peccatorus principius: inquãtus fomes ad actualia peccata inclinat. ois aũt effectus fm virtutẽ est i sua cã. pctm ergo originale p eẽntiã ẽ vnũ: sz vtute multiplex. & iõ pluraliter significari põt. vel pp multos defectus coincidẽtes. ¶ Ad scõz dõz q sicut mouẽs ẽ duplex: vnũ p se: & aliud per accẽs: qõ est remouẽs pbibens: ita etiã iclinãs ad pctm iuenitur i aia



dupleꝛ. vnũ per se. s. habitus & dispositio ex pctõ relicta: qz fz filitudinẽ dispositiõis ẽ actus ad quẽ dispõ iclinat: aliõ p accẽs q̃si remouẽs ꝓhibens. & si pctm originale ad oĩa actualia iclinat inquãtũ remouet originalẽ iusticiaz: p quã vires a lapsu i pctm ꝛtinebãtur. Et iõ nõ opz q scõz diuersitatẽ pctorus actualiũ diuersificẽt originale. ¶ tingit enim q idẽ remouẽs pbibẽs ẽ cã per accẽs ctrariorum motuum sicut pz i corruptiõe corporis mixtorum: qz abeũte virtute q̃ miscibilia i vnũ ꝛtinebat: qõlibet elemẽtorum i suũ locũ tendit. ¶ Ad 3m dicẽdũ q pena q̃ per se originali culpe respõdet est caretia visiõis dine: alie ãt pene ꝛsequunt ipsum q̃si p accidẽs. qz exquo subtracta ẽ originalis iusticia q̃ corpꝰ aie subiacebat: oz q vita hois pmaneat scõz exigentiã corporis. inde sequit necessitas moriẽdi: qz corpus ex cõtrarys cõpositus ẽ. Et silr est de alys. ¶ Ad q̃rtum dicẽdus q subiectus originalis culpe nõ est caro: sz aia: opz enim q i eodẽ subiecto sint puatio & habitus. vñ sicut illa originalis iusticia q̃ i aia erat ꝛtinebat corpus a morte vtute aie iusticiã habitus: ita ẽt ex puatiõe q̃ est in aĩa resultat defectus oĩs q ẽ i corpore. nec obstat⁹ iste erat i carne añ ifusionẽ aie i actu: sz vtute tm. vt supra dcm ẽ. ¶ Ad 5m pz respõsio per id qõ supra dictum est. ¶ Quẽstio. II.

**Deinde queritur** de pena originalis pcti. Et circa hoc duo q̃runt. ¶ Prio vtr pctõ originali post mortẽ debeat pena sensibilis i illis q in originali tm pctõ decedũt. ¶ 2o vtr aliquẽ iteriorẽ dolorẽ sentiãt i aĩa spualẽ q̃ p pctõ originali tm puniũt.

¶ Utr pena sensibilis debeat pctõ originali fz se. I.

AD primũ sic procedit. videt q peccato originali fz se obẽat pena sensibilis. Dicit. n. Aug. de fide ad Petrũ. Firmissime tene & nullaten⁹ dubites: paruulos q sine sacramẽto baptismatis de hoc seculo trãsierũt eterno supplicio puniẽdos: sz suppliciũ penã sensibilẽ nominat. ergo puuli q̃ p solo originali puniẽt sensibilẽ penã sustinebũt. ¶ P. maiori culpe debet maior pena: sz originale ẽ maiꝰ pctm q̃ veniale: qz plus bz de auersione: eo q graz subtrahit: veniale ãt graz secũ cõpatit. & ite eterna pena punit originale: sz veniale tpali. cũ ergo veniali pctõ debeat pena sensibilis: multo amplius originali. ¶ P. grauius puniũt pctã post hãc vitã q̃ i vita ista: vbi ẽ mie locꝰ sz i hac vita rñdet originali pena sensibilis. pueri. n. q solũ originalẽ bñt mltas penas sensibiles sustinẽt: nec iniuste q̃ & post hãc vitã pena sensibilis sibi debet. ¶ P. sicut in pctõ actuali ẽ auersio & cõuersio: ita & in pctõ originali aliqd auersioni rñdet. s. puatio originalis iusticie: & aliqd cõuersioi. s. concupiscentia: sed peccato actuali ratiõe cõuersionis õbet pena sensibil'. q̃ & originali rõne cõcupiscẽtie. ¶ P. corpa puerorum post resurrectiõez aut erũt passibilia aut ipassibilia si ipassibilia & nullũ corpus hũanũ põt eẽ ipassibile: nisi vl'p dot ẽ ipassibilitatis: sicut ẽ i btis: vl' rõe originalis iusticie: sicut in statu innocentie. ergo corpa puerorum vel bẽbunt dotẽ ipassibilitatis: & sic gloriosa erunt: & nõ erit dria iter pueros baptizatos & nõ baptizatos: qõ ẽ bereticũ: vel originalẽ iusticiã bẽbunt: & sic originali pctõ carebunt: nec p pctõ originali puniẽtur: qõ est fil'r bereticũ. si aũt sint passibilia: oẽ autẽ passibile de necessitate patitur actiuo psente. ergo presentibus corporibus sensibilibus actiuis sensibilem penam patientur.

**Contra** Aug. dicit penam paruulorum qui originali tantum tenentur omnium esse mitissimã sed bñ nõ esset si sensibili pena tozarent: qz pena ignis inferni ẽ grauissima. q̃ penã sensibilẽ nõ sustinebũt. ¶ P. acerbitas pene sẽsibil' õlectatõi culpe rñdet Apo. 18. Quãtũ



glorificauit se: & in delictis fuit &c. Sed in peccato originali nõ est aliqua delectatio: sicut nec operatio: õlectatio. n. operationẽ cõsequitur. vt ex. io. ethicorus patet. ergo peccato originali nõ debetur pena sensibilis.

**Respondeo** Dicẽdus q pena õbet eẽ proportionata culpe. vt dicit Esa. 27. In mensura cõtra mẽsuram cum affecta fuerit i eã: defectus aũt qui p originẽ traducit rõnem culpe habẽs nõ est p subtractionẽ vel corruptionẽ alicuius boni qõ nãm humanã cõsequitur ex principys suis: sz p subtractiõz vel corruptionẽ alicuius quod nãe supadditus erat: nec ista culpa ad hũc hoiem ptinet: nisi fm q talẽ nãz bz: q̃ hoc bono qõ i eo natum erat eẽ & possibile cõseruari õstituta ẽ: & iõ nulla alia pena sibi õbetur nisi priuatio illius finis ad quẽ donũ subtractus ordinabat: ad qõ p se nã humana attingere nõ potest. hoc autẽ ẽ diuina visio. & ideo carẽtia huius visiõis ẽ propria & sola pena originalis peccati post mortẽ: si. n. alia pena sensibilis pro pctõ originali post mortẽ ifligeret: puniretur iste nõ fm hoc q culpã habuit: qz pena sensibilis ptinet ad id quod psone proprium ẽ: qz p passionẽ huius particularis talis pena ẽ. Uñ sicut culpa nõ fuit p operationẽ eius: ita nec pena p passionẽ ipsius eẽ dz: sz solũ p defectum illius ad qõ nã õ se ifficiẽs erat: in alys aũt pfectiõib⁹ & bonitatib⁹ q̃ nãz hũanã pequũt ex suis pricipys nullũ õrrimẽtũ sustinebũt. p pctõ originali dãnati.

**Ad primum** ergo dicẽdum q supplicium nõ nominat i auctoritate illa penã sensibilẽ: sz solum penã dãni: q̃ est carentia diuine visiõis: sicut etiã noie ignis frequẽter i scriptura q̃libet pena figurari cõsueuit. ¶ Ad scõm dicẽdus q iter oia peccata minimũ ẽ originale: eo q minimũ bz õ volũtario: nõ. n. ẽ volũtarium volũtate istius psone: sz volũtate pricipy nãe tãtum: pctm aũt actuale & etiaz veniale ẽ volũtarium volũtate eius i quo ẽ: & ideo minor pena õbetur originali q̃ veniali nec obstat q originale nõ cõpatitur secũ gratiaz: priuatio enim gratie nõ bz rõnem culpe: sz pene nisi iquãtus ex volũtate ẽ. Uñ ybi minus ẽ õ volũtario minus ẽ õ culpa: similiter etiã nõ obstat q pctõ actuali veniali tẽpozalis pena õbetur: qz hoc ẽ p accidẽs: iquãtum ocedẽs i veniali tãtam gratiã bz: virtute cui⁹ pena purgata est: si aũtẽ veniale pctm sine gra i aliquo eẽt ppetua penã bret. ¶ Ad 3m dicẽdũ q nõ ẽ eadẽ rõ õ pena sensibili añ mortẽ & post mortẽ: qz añ mortẽ pena sensibilis cõsequitur virtutẽ nãe agentis: siue sit pena sensibilis iterior vt febris vl' aliqd huiusmodi: siue etiã sensibilis pena exterior vt vstio & siue aliqd bz: sz post mortẽ nihil aget virtute nature: sz scõz iusticie diuine ordinẽ tãtum: siue i aĩam separatã i quã cõstat q ignis nãliter agere nõ põt siue etiã in corpus post resurrectiõez: quia tũc ois actio nãlis cessabit cessante motu primi mobilis qui est causa ois motus & alterationis corporalis. ¶ Ad quartum dicẽdum q dolor sensibilis respõdet õlectatiõi sensibili: q̃ ẽ i cõuersiõe actualis peccati: cõcupiscẽtia autẽ habitualis q̃ ẽ i originali peccato õlectationẽ nõ bz. iõ dolor sensibilis nõ respõdet sibi pro pena. ¶ Ad quitum dicẽdum q corpora puerorus nõ erũt impassibilia ex õfectu potẽtie ad patiẽdus i ipsis: sz ex õfectu exterius agẽtis i ipsa: qz post resurrectiõz nullus corpus erit agẽs i alterz: pcipue ad corruptiõz iducẽdam p actionẽ nature: sz erit actio tãtus ad puniẽdũ ex ordie diuie iusticie. vñ illa corpora penã nõ patiẽtur: qbus pena sensibilis ex diuia iusticia nõ õbet: corpora aũt sctorus erũt impassibilia: qz õficiet i eis potẽtia ad patiẽdum. & ideo impassibilitas erit i eis dos: nõ autẽ i pueris.

¶ Utrus pueri non baptizati sentiant in anima afflictionem spiritualem. II.

**Adsecũdus** sic proceditur. videtur q pueri nõ baptizati afflictionẽ spualẽ i aia sentiãt: qz sicut dicit Chry. i dãnatis grauior erit pena q̃ dei visiõe carẽbũt q̃ q̃ igne iferni cremabũt: sz pueri visione diuina carẽbũt. q̃ afflictiõez spualẽ ex hoc sentiẽt. ¶ P. carere illo qõ qs vult bñe sine afflictiõe eẽ nõ põt: sz pueri vellẽt visionẽ diuinã bñe: alias volũtas eorum actualiter puersa eẽt. ergo cũ ea careãt videtur q ex hoc afflictiõez sentiãt. ¶ Si dicat q nõ affliguntur: qz sciũt se nõ culpa ppria ea eẽ puatos. ¶ Cõtra: immunitas a culpa dolorẽ pene nõ minuit: sz auget. nõ. n. si aliqs nõ ppria culpa exhereditur vel mutilat ꝓpter hoc minus dolet. ergo etiã q̃uis pueri nõ ppria culpa tãto bono priuẽtur: ex hoc eorus dolor tollit. ¶ P. sic pueri baptizati se bñt ad meritum xpi: ita nõ baptizati ad meritũ Ade: sz pueri baptizati ex merito xpi ꝛsequũt pmiũ vite eterne. q̃ & nõ baptizati dolorẽ sustinẽt ex B q p õmeritũ ade eterna vita puãt. ¶ P. abstinere a re amata nõ pt eẽ sine dolor: sz pueri nãlẽ cognitorus õ deo bẽbũt: & eadẽ rõe nãlr eũ diliget. q̃ cũ ab eo sint i petuũ separati: videt q hoc sine dolore pati nõ possint.

**Contra.** Si pueri nõ baptizati post mortẽ dolorẽ interiorẽ habeãt: aut dolebũt õ culpa aut de pena: si de culpa cũ a culpa illa vlterius emũdari nõ possint dolorus ille erit i õsperatiõez iducẽs. sz talis dolorus i dãnatis ẽ vmis ꝛscie. ergo pueri vermẽ ꝛscie habebũt: & sic nõ eẽt eorum pena mitissima. vt i lra dr. Si ãt õ pena dolerẽt. ergo cũ pena eorum iuste a deo sit: volũtas eorum diuine iusticie obviaret: & sic actualiter deformis esset: quod nõ cõcreditur. ergo nullum dolorem iteriorem sentiẽt. ¶ P. ratio recta nõ patitur vt aliquis pturbet de eo qõ i ipso nõ fuit vt vitaretur: propter qõ Seneca, pbat: q̃ pturbatio i sapiẽtem nõ cadit: sz i pueris ẽ ratio recta nullo actuali peccato obliquata. ergo nõ turbabũtur de hoc q talem penam sustinẽt: quã vitare nullo modo potuerũt.

**Respondeo** dicẽdus q circa hoc ẽ triplex opinio. Quidã. n. dicũt q pueri nullus dolorẽ sustinebũt: qz i eis adeo rõ obtenebrata erit: vt ñ cognoscãt se amisisse qõ amiserũt: qõ ꝓbabile ñ videt: vt aia abonere corpis absoluta ea nõ cognoscat q̃ saltẽ rõne iuesti gari possint: & ẽt multo plura. Et iõ aly dñt q i eis ẽ pfecta cognitio eorum q̃ nãli cognitiõi subiacẽt: & cognoscũt deus & se eius visiõe puatos eẽ: & ex hoc aliquẽ dolorẽ sentiẽt: tm mitigabilẽ eorum dolorus iquãtũ nõ ꝓpria volũtate culpã incurrerũt p q̃ dãnati sũt: hoc ẽt ꝓbabile rñ videtur: q̃ talis dolor parvus esse nõ potest de tãti boni amissiõe: & precipue sine spe recuperatiõis. Uñ pena eorus nõ esset mitissima. ¶ P. & omnino eadem ratiõe qua dolorẽ sensibili et exterius affligẽte nõ puniẽtur etiã dolorem iteriorẽ nõ sentiẽt: quia dolor pene delectatiõi culpe respõdet. Uñ delectatiõe remota a culpa originali ois dolor ab ei⁹ pena excluditur. Et ideo aly dicũt q cognitiõem perfectam habebũt eorum que naturali cognitiõi subiacẽt: & vita eterna se pũatos esse cognoscẽt: & causam quare ab ea excluſi sũt: nec tamẽ ex B aliquo mõ affligent: qõ q̃liter eẽ possit videndũ est. Sciẽdum ergo q ex hoc q caret aliquis eo quod suã ꝓportionẽ excedit nõ affligitur si sit recte ratiõis: sz tãtum ex hoc q caret eo ad quod aliquo modo ꝓportiõatus fuit: sicut nullus sapiẽs homo affligitur de hoc q nõ potest volare sicut auis: vel qz nõ est rex vl' imperator cũ sibi nõ sit debitum. affligeret aũt si puaretur eo ad quod habẽdus aliquo mõ aptitudinẽ habuit. dico ergo q ois homo vsus liberi arbitrij habẽs ꝓportionatus est ad vitam eternam cõsequendã: qz põt se ad graz prepparare per quã vitã eternam merebit: & iõ si ab hoc deficiãt maximus erit dolor

eis:qz amittunt illud qō suū esse polē fuit.pueri autē nūq̄ fuerunt ꝓportionati ad hoc ꝙ vitam eternā haberent: qz nec eis debebaī ex ꝑncipijs nature cū oēm facultatez nature excedat:nec actus ꝓprios habere potuerūt: gbus tantū bonū cōsequerētur.z ideo nihil oīno dolebūt de carentia visiōis dine:imo magis gaudebūt de hoc ꝙ participabūt multū de dīna bonitate z perfectiōibus nālibus nec pōt dici ꝙ fuerūt ꝓportionati ad vitā eternā ꝓsequendā:quāuis nō p actionē suā:tamē per actionē alioꝝ circa eos:qz potuerūt ab alijs baptizari:sicut z multi pueri eius dē cōditiōis baptizati vitā eternā cōsecuti sunt:hoc.n.est superexcedēt gratie vt aliquis sine actu ꝓprio premietur. vnde defectus talis gratie nō magis tristiciā causat i pueris decedētibus nō baptizatis q̄ in sapiētibus hoc ꝙ eis multe gratie nō fiunt q̄ in alijs filijbus facte sunt.

**Ad primū** ergo dicēdum ꝙ in dānatis ꝓ culpa actuali q vsuz liberi arbitrij habuerūt fuit aptitudo ad vitā eternā ꝓsequendā.nō aūt in pueris vt dictuz ē.z ideo nō est silis ratio de vtrisq̄. ¶ Ad secundū dicēduz ꝙ quāuis volūtas sit possibiliū z ipossibiliuz. vt in tertio etbi.dicit.tamē voluntas ordinata z cōpleta nō est nisi eoꝝ ad q̄ quis aliquo mō ordinatus est:z si i volūtate deficiāt hoies dolēt:nō aūt si deficiāt ab illa volūtate q̄ ipossibiliū est:q̄ potius velleitas q̄ volūtas dz dici nō.n.aliquis illud vult simplr:sed vellet si possibile foret. ¶ Ad 3m dicēduz ꝙ ad babēduz ꝓprium patrimoniuz vel mēbra cozporis sui glibet ē ordinatus.z ideo nō ē mirum si dolet aliqs de eaꝝ amissiōe siue ꝓ culpa sua siue aliena eis ꝓtinet.vnde ps ꝙ ratio nō ꝓcedit ex silī. ¶ Ad q̄rtum dicēdum ꝙ donū xp̄i excedit peccatū Ade: vt ad Ro.5.dicit.vnde nō oportet ꝙ pueri nō baptizati tantū habeāt de malo:quātuz baptizati bñt de bono. ¶ Ad 5m dicēdū ꝙ quāuis pueri nō baptizati sint sepati a deo quātū ad illā cōiunctionē que est p'gloziā:nō tamē ab eo peni tus sūt separati:imo sibi ꝓiunguī per participationē nāliū bonoꝝ:z ita etiā de ipso gaudere poterunt naturali cognitione z dilectione. ¶ Expositio textus.

**Quod vero** in actuali pctō z̄c.) Sciendū est ꝙ in aliquo peccato pñt notari deformitates pluriū peccatoꝝ dupl'r.aut ꝓprie:z sic in pctō ade apparet ō formitas supbie:gule:z inobediētie:z hō: aut q̄si metaphorice:z sic i eo ostēdit deformitas homicidij: qz seipsuz spualiter occidit:z fornicatiōis:qz spualiter fornicatus est a deo recedēs:z tamē est vnū solū pctū bas ō formitates ex diuersis circūstātijs habēs spēz peccati ex vltimo fine retinēs:z ideo etiaz nō opz ꝙ pctū originale ex eo causatuz sit mlta. (Nō ē putādū grauius fuisse z̄c.)

¶ Contra bomo primus babuit minus impellēs ad peccatum q̄ sequētes.quāto aūtē aliquis minozi tentatione cadit:grauius peccat.ergo primus hō grauius peccauit ceteris sequentibus. ¶ P.magis malū est qō magis nocet: illud aūt pctū plus ceteris nocuit.ergo peius fuit. ¶ Et dicēdum ꝙ ptingit aliqō pctū eē simplr leuius altero.qō quātuz ad aliquā circūstātiaz grauius est.vt supra dictuz est:cū de pctō Ade ageretur:eo ꝙ pctū simplr grauius eē dicit:qō ex specie sua grauitatē maiorē hz:vl'ex pluribus circūstātijs magis aggrauaī:vl'ex vna circūstātia magis actuz deformāte.vñ multa alia pctā simplr grauiora sūt primo peccato ade:tum qz ex maiori contēptu: tum quia ex sua specie maiorē turpitudinem habēt: sed quo ad hāc circūstātiā ꝙ sola exteriozi tētatiōe pulsat" cecidit:grauī" est illis peccatis:ad que etiam exterioz tentatio impellit. ¶ Unde patet respōsio ad primum. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ hoc est per accidens ꝙ tale nocumentuz natura būane itulit:qz.l.fuit p̄mū pctū qō nāz bumanaz vi ciauit:z ordinē aīe ad deū iterrupit i illo ex quo oēs hoies p coitū gnati nām humanā traxerūt:qbcunq; autē aliud pctū fuisz:B mō p̄mū ēt simile effectū habuisz siue fuisset pctū operis siue volūtatis:q̄uis quidā aliter dicāt dicentes si adā alio modo peccassēt nō incurrisse eū necessitatē moziendi:qz hec pena illi tantuz culpe videt ordinata esse a deo:cū dixit. Quacūq; die comederis z̄c. Sz in B ostendit etiā si alia peccata cōmisisset:ꝙ similez penā sustinuisset quasi a minozi:grauius est.n.ꝓceptū ꝓterire nālis legis quo ꝓbibet illud qō in se est malū q̄ ꝓterire ꝓceptuz disciplineꝙ ꝓbibet qō nō est malū:nisi q'ꝓbibitum. (Si vō q̄rit an illud pctū p̄mi parētis z̄c.) Uidetur ꝙ p̄mi parentes p pctō nō satisfecerint:qz cū bonū sit potentius q̄ malū:vt ꝓbat Dio.4.cap'o de di.no.si pctō ꝓprio totū genus humanū p̄mi parētes ifecerunt: multo fortius satisfactiōe ꝓpria maculā quā iduxerāt absterssissent si satisfecissent. Sz dicēduz est ꝙ p̄mū pctū iterrumpere potuit rectū ordinē būane rōnis in deuz:rōne cuius inducta ē necessitas vt iterrūperet ordo cozporis ad animaz p mortē:z sic vicium ꝓsone in nām potuit redundare:sed eius penitētia nō potuit facere vt ordo ille nō fuisset iterruptus:qz qō factum est ꝓ infecto haberi nō pōt. vñ non potuit ristituere qō pctū abstulerit quātuz ad naturaz:sz solus quātum ad ꝓsonā que a reatu actuali purgabatur p potentiā.nō.n.pōt nā in statum altiorē reuocari: nisi p id qō nāz totā excedit.z ideo oportuit ad curationez nāe.vt eēt deus z hō q̄ naturā ꝓfecte curaret.Sz hoc ad tertiuz libz magis ptinet. (Si hō i ea iuste vixerit z̄c.) Hoc ideo ptingit:qz quāuis ꝓ iustitiā hois purget ifectio originalis culpe p̄m hoc ꝙ ex nā i ꝓsonā redūdat.nō tamē purgatur quātum ad ipsaz nām absolute.z ideo pene que ipsi nature debēt nō remittūtur q̄diu i tali nā ifectio maneat ēt si cēties mozeret hō z i p̄stinū statū resurgeret: semp enim manēte infectiōe nature manet obligatio ad penā.

¶ Que ō pctō aiaduertēda sint. Di. XXXXIIII.

**Post** pd icta de pctō actuali diligēter indagi ne q̄dā cōsiderāda sunt.s. q̄ fuerit ozigo z causa primi peccati.vtruz res bona:an res mala.postea in qua re sit peccatū. Deinde qd sit peccatum: z quot modis fiat. z de differentia ipsorum peccatoꝝ.

¶ Que fuerit ozigo z causa peccati' prima.

**Causa** z ozigo prima pcti res bona extitit.quia añ primū peccatum nō erat aliquid malū.vñ oziret. Cū.n.ozigine z causaz babuit:aut ex boc bono: aut ex malo babuit. Sz malū ante nō erat. Ex bono igit ortū est. Prius.n.in angelo ortū est peccatū:z postea in boie. Et qd erat angelus nisi bona natura dei. Nō ex deo ortū est maluz qō fuit in angelo:nō ex alio q̄ ex angelo ex bono igit ortū fuit. Unde Aug.in respōsionibus cōtra Julianū bereticū qui dixerat. Si ex natura peccatū est tunc mala est natura:ait. Queso vt si post respondeat:manifestum est ex voluntate mala tanquā ex arbore mala fieri oīa opera mala tāquā fructus malos.sed ipsam malā voluntatē: vnde dicit exoriam:nisi ex bono: Si.n.



er angelo:quid est āgelus nisi bonuz opus dei: Si ex boie:quid erat ipe bō nisi bonū op9 dei: Immo qd erāt hec duo anteq̄ oziret in eis mala volūtas nisi bonū opus dei: z bona z laudāda natura:ergo ex bono ozit malū:nec fuit vnde oziri posset nisi ex bono. Dico ergo qz volūtatem malā nulluz malum ꝓcessit:sz ex bono originē babuit. Hic apte docet primā cāz z ozigine mali:bonā fuisse nām: z nibilominus ostenditur cui9 peccati fuerit cā.s.male voluntatis.

¶ Qz mala volūtas secūdaria cā fuit malozum.

**Mala** aūt volūtas illa angeli z hois cā est etiā malozū subsequentiū.s.malorū operum z malaꝝ voluntatū. Unde Aug.in enchb. Nequaq̄ dubitare debemus:rerū bonarū que ad nos ptinent cāz non esse nisi bonitatē dei. Malarū vero ab immutabili bono deficientē boni mutabilis volūtatē p̄i9 angeli:postea hois:hoc primuz ē creature rōnalis malū.i.prima ꝓuatio boni. Ecce babes primā volūtatē boni mutabilis.i.angeli vel hois deficiētez ab imutabili bono.i.a deo: cām esse malaꝝ reꝝ ad nos pertinentiuz:qz cā ē tam peccatoꝝ q̄ penaꝝ:quibus premit būana nā. Prima igit ozigo z cā peccati bonum fuit: z secūda malum:quod ortū est ex bono.

¶ In qua re sit peccatum:an in bona: an in mala:z dicitur quia in bona tantum.

**Ostensa** ozigine mali:supereſt videre in qua re sit malū.s.an in re bona: an in re mala. Qui recte acureq̄ sapit ñ nisi in bono malū esse intelligit.i.natura bona. Malum.n.est corruptio vel priuatio boni.vbi autē bonū non est nō potest nō eē priuatio vel corruptio boni. Peccatū igitur nō potest esse nisi in re bona. Sicut.n.morbis ac vulneribus corrūpuntur corpora:que vt ait Aug. in ench.sunt priuatiōes eius boni qō dicit sanitas. Ira z aiozum quecūq̄ sunt vitia: nālia sūt priuatiōes bonoꝝ. Quid est.n.aliud qō malū dicitur nisi priuatio boni: Bonū eni minui malum est:quāuis quātūcūq̄ minuaī necesse ē vt aliqd remaneat si adhuc natura est. Nō eniz cōsumi pōt bonum qō est natura:nisi z ipsa cōsumatur. Cū vero corrūpitur ideo malū est eius corruptio:qz eam qualicūq̄ priuat bono. Nā si nullo priuat bono:nō nocet. Nocet autē cuz adimit bonuz: Quādiu itaq̄ nā corrūpit inest ei bonū quo priuet. Ac per boc nullū est qō dicitur malum si nulluz sit bonū.sz bonū oīno carens malo:itegruz bonū est. Cū vero inest malū viciatū vel vicioſuz bonū est:nec malū vnq̄ pōt esse vllum vbi est bonū vllum. Uñ res mira cōficitur: vt qz ois nā inquātuz nā est bonuz ē:nibil aliud dici videat: cū viciosa nā mala nā esse dicitur:nisi malū esse qō bonuz est:nec malū esse nisi qō bonū est. Hac contextione vl' oīssione euidēter insinuatur malū nō posse esse nisi in re bona. Ubi etiā licz absurdum videat:manifeste dicitur esse malū quod bonū est.

¶ Qz ex premissis sequitur.s.ꝙ cum dicitur malus bomo:dicitur malum bonum.

**Ex** quo colligit nibil aliud significari cū dicit bō malus:nisi bonū malum. Unde Augu.in encheridion subdit. Quid ē mal9 bō:nisi mala nā: Quia bō nā est. Porro si bō aliquod bonū est: qz nā est:quid aliud ē malus bō nisi malū bonū: Tamen cuz duo ista discernimus inuenimus nec ō malū:qz bō est:nec ideo bonum:qz iniquus est Sed bonum qz bomo:malū qz iniquus. Quis itaq̄ nā etiā si viciosa sit:inquātuz nā est:bona est: inquātum viciosa est:mala est.

¶ Qz regula dialeticoꝝ de contrarijs fallit in bis.s.bono z malo.

**Dicoꝝ** in bis cōtrarijs q̄ mala z bona vocātur:illa dialeticoꝝ regula ō ficit:q̄ dicit nulli rei duo simul inesse cōtraria. Nullus.n.potus aut cibus sil' dulcis ē z amarus. Nullū sil' vbi albū ibi z nigrū:z bo c i m'tis ac pene i oib9 reperit i ꝓijs: vt i vna re sil' ē nō possint. Cū aūt bona z mala nullus ambigat eē cōtraria:nō solū sil' eē pñt sz mala oīno sine bonis: z nisi in bonis esse non possunt. z bec duo ꝓria ita simul sunt: vt si bonum nō esset:in quo esset ꝓsus:nec malū eē potuisset:qz non modo vt ꝓsisteret:sed vñ oziretur corruptio nō haberet nisi eēt qō corrūperetur. quoniā nibil ē aliud corruptio q̄ boni ex terminatio. Ex bonis igit mala orta sunt: z nisi i bonis nō sūt:nec fuit ꝓsus vñ oziret vlla mali nā:nisi ex āgeli z hois natura bona:vnde primitus orta est voluntas mala.

¶ Epilogum facit ad alia transiturus.

**Ex** bis apit qō primo z sc̄o supra dictū inuestigādo.s.q̄ fuerit ozigo mali z q̄re sit. Ex bōa.n.re ortū z i bona re ꝓsistere p̄missis testimōijs ꝓbat.

¶ Snie illi q̄ dictū ē bonū eē malū opponit ō ꝓphetia que ait: ve bis q dicūt bonū malū.

**Ab** boc autez quod dictum est malū esse qō bonuz est quidā sic opponūt. Si bonū malum esse dicimus: z malum bonū. incidimus in illam sniam

ppbicaz vbi legit. Ueh bis q dicunt bonū malū ⁊ malū bonum. igit si hanc maledictionē vitare volumus: nullatenus dicere debemus: bonū esse malū: ⁊ ecōuerso. hoc autē Aug. i eodē libro determinat dicēs. Id qō dictum est in ppheria itelligendū ē ō ipsis rebus qbus hoies mali sunt: nō de hoibus. vñ qui adulteriū dicit esse bonū in eū cadit illa prophica destinatio: ⁊ in eū qui dicit maluz esse bonū: vel bonum esse iniquum. Qui enim dicit hoiem inquantū homo est: malum esse: ⁊ bonitatem esse iniquitatem: opus dei culpat qō est homo: ⁊ vitiuz hominis laudat quod est iniquitas.

¶ Diuisio textus.

POstquā determinauit de pctō originali qō a primis parētibus in posteros trāsit p carnis originē. Vic icipit determinare de actuali: qō a parētibus i posteros trāsit p imitatiōem operis. Et diuidit i partes duas. In pma determinat de pctō actuali quātū ad rōnem mali. In scda determinat de eo ex parte actus i quo deformitas fundat per quā malum dr eē actuale pctm. ibi. (Post hoc videdū est qd sit pctm ⁊c.) Prima diuiditur i duas. In pma determinat de malo veritatē oñdens. In scda excludit q̄dā obiectionē. (Ut i hoc autē qō dictū ē ⁊c.) ¶ Circa primū tria facit. Prio dicit de quo intēdit. Scdo prosequitur suū propositū. ibi. (Causa ⁊ origo primi peccati ⁊c.) In tertia epilogat q̄ dicta sūt. ibi. (Ex his aperit q pmos ⁊ scdos ⁊c.) Prima diuiditur i duas. In pma ingrit cāz mali. In scda subiectum eius. ibi. (Ostēsa origine mali ⁊c.) ¶ Circa primū duo facit. Prio ostēdit primā cām ppriā mali culpe q̄ extra genus mali ē. Scdo ostēdit cām proximā q̄ est quasi vniuoca i eodē gñe. ibi. (Mala aūt voluntas ⁊c.) (Ostēsa origine mali ⁊c.) Dic iqrit subm mali: ⁊ pmo ostēdit q subiectū mali est bonū. Scdo ex hoc iducit quādā cōclusionē. ibi. (Ex quo colligit nihil aliud ⁊c.) Tertio ostēdit i hoc regulā artis dialetice fallere. (Jōqz in his contrarys.)

¶ Questio. I.

HIc quinqz querūtur. Prio an maluz sit. Secūdo: quid est malū. Tertio si bonū ē causa mali. Quarto si malum est i bono: sicut i subiecto. Quinto si per malū totum bonum corrumpitur.

¶ Utrum malum sit. I.

AD primum sic proceditur. videtur q malū nō sit. oē qō ē vel est existēs vel est i existētibus: qz vel ē vl substātia vel ē accidēs: sz maluz neqz est existens neqz i existētibus. vt probat Dio. quarto cap. de diui. no. ergo malū nō est. ¶ P. oē qō eē dicitur vel ē ens rōnis vel ē ens nāe. oē autē qō ē ens rōnis. vel est existēs vel nō existens. ergo qō nō est existēs neqz nō existēs nullo modo potest dici esse: sz malum distat ab existēte ⁊ adhuc plus distat a nō existēte. vt Dio. 4. ca. de diui. no. dicit. ergo nullo modo pōt dici maluz esse. ¶ P. deus pbabet i se oēm affirmationē ⁊ negationē. vt i li. de mystica theologia dicit Dio. ops. n. oīum positōes i eo ponere: ⁊ adhuc oīum negatiōes in eo negare: sed malū nullo mō pexistit i deo. ergo malū neqz ē affirmatio neqz negatio: sz iter affirmationē ⁊ negationē nihil est mediū. vt in q̄rto metaphysice pbatur. ergo maluz nullo modo est. ¶ P. quecūqz positio seipsaz destruit ipossibile est eā poni: sicut qui negat veritatē ponit veritatē eē. vt dicit Aug. ⁊ Ansel. ⁊ qui negāt demōstrationē ponūt demōstrationē esse: vt in q̄rto meta. dicit: sz malū destruit seipsuz: vt i q̄rto ethi. dicitur. ergo maluz nō est. ¶ P. vnusqsqz artifex prouidus a suo opere ppellit malum quātū pōt: sed diuina puidētia oia regit. vt i pmo lib. habitū ē. g̃ cū ōs sit oipotēs ab vniuerso malū oīno expellit. g̃ malū nō est.

**Contra.** Sicut appetitus nō ē nisi boni: ita fuga nō est nisi mali: sz multa sūt que fm rectā rōnē fugiunt. ergo maluz ē. ¶ P. nihil discrete pbibetur neqz punit iuste: nisi malū: sed pstat pbitiones discretas multas esse ⁊ punitiones iustas. ergo cōstat malum esse.

**Respōdeo** dicēdū q pbus i. 5. metaphysice oñdit q ens mltipl̄r dicitur. vno. n. mō dicit ens qō p decē genera diuidit: ⁊ sic ens significat aliquid i natura existēs: siue sit substātia vt homo: siue accidēs. vt color. Alio modo dicitur ens qō significat veritatē pposītiōis put dicitur q affirmatio est vera quādo significat esse de eo qō est: ⁊ negatio quādo significat nō eē de eo qō nō est: ⁊ hoc ens cōpositionē significat quā itellectus componēs ⁊ diuidēs adinuenit. quecūqz ergo dr eē entia q̄tū ad primū modū sūt entia quātuz ad scōz moduz: qz oē qō bz naturale esse i rebus pōt significari per pōsitionē affirmatiuā eē. vt cū dicitur color est vel hō est. nō āt oīa que sūt entia quātuz ad scōz moduz: sūt entia quātū ad pmū: qz de priuatiōe vt de cecitate formatur vna affirmatiua, ppositio: cū dicitur cecitas ē. nec tamē cecitas aliqd est i rerum natura: sz est magis alicuius entis remotio: et iō etiā priuationes ⁊ negatiōes dicūtur eē entia quātuz ad scōz moduz: sz nō quātuz ad primū. ens aūt bz vtrūqz istorum modoz diuersimode predicat: qz fm primū moduz acceptuz est predicatū subale: ⁊ ptinet ad questionē quid est: sz quātū ad scōz modū ē predicatū accidentale. vt Lō mē. ibidē dicit. ⁊ ptinet ad questionē: an est: sic ergo accipiendo ens scōo modo dictuz, put questio q̄rebat simpl̄r dicimus mala eē i vniuerso. hoc eni ⁊ experiētia docet ⁊ rō ostēdit: qz vt Dio., pbat q̄rto cap. de diui. no. malum nihil aliud ē nisi bonū iperfectuz. Si aūt nulluz bonuz eēt i aliquo diminutū oīa bona equalia essent: ⁊ sic pulchritudo vniuersi deperiret que ex gradibus bonitatis colligitur: periret etiā ordo eēntialis causaz i partibus vniuersi fm q̄ nobiliora i minus nobilia iflūūt. Jn idem etiaz rediret incōueniēs si ponerē q̄ nulla res pfectiōe sibi debita carere posset: qz tūc eēt eq̄lis stabilitas bonitatis i oīb⁹ entib⁹: nec eēnt oēs grad⁹ bonitatis ipleti si ñ eēnt q̄dā bona q̄ suis pfectiōib⁹ puari ñ possent: ⁊ q̄dā suis pfectiōib⁹ puata.

**Ad primuz** (biles pp distātiam a sūmo bono. ergo dicēdum q Dio. accipit existēs fm primā acceptiōez entis: ⁊ per hūc moduz malū nō est existēs neqz i existētibus: qz neqz ipsuz est natura quedaz in vniuerso: neqz est aliquid i existēte: sicut pars pfectiōis eius: sic. n. procedūt sue probatiōes: qbus sigillatim ostendit i nullis existētibus: sicut priuatiōes i subiecto. vt cecitas i oculo. ¶ Ad scōz dōz. q Dio. accipit nō existēs illud qō nullo mō est: ⁊ ab hoc quidē magis distat malū q̄ etiā ab existēte: qz i existēte malū est tāquā i subiecto: quāuis ipsum malū i se nō sit existēs: sed a nō existēte magis abstrahit: qz simpl̄r nō existēs nō pōt priuatiōis subiectū eē: nec etiā ipsa priuatio est absolute nō existēs: sed est nō existēs in hoc: qz priuatio ē negatio i subiecto: vt i q̄rto metaphysice dicit: cecitas aūt nihil aliud est q̄ negatio visiōis i eo qō natū est videre. ¶ Ad tertiū dicēduz q quāuis negatiōes oīum creatorum in deo verissime sint propter eius excessum. tamē nulla priuatio in eo est: qz nihil est naturam habere qō non habeat: malū autē dicit esse scōo mō dicē-



di ens: sicut negatio: nō q̄dē absoluta: sz que est puatio. alr oia mala cēnt: quia nihil est a quo aliqd negari nō posset. ¶ Ad 4.m dōm. q pbs nō dicit simpl̄r q maluz seipm destruat: sed q malū si integrū ⁊ pfectū sit seipm destruit: qz nō pōt esse malū itegrū: nisi corrūpat omne bonū. corrūpitur illud ens qō mali subm esse pōt: subo aūt corrupto etiā puatio que in subo erat esse dōsinit: vnde ex hoc efficaciter ꝛcludit q summū malū esse nō possit: non aūt absolute q nō sit malū. ¶ Ad 5.m dōm. q puidus artifex non expellit ab ope suo malū: nisi saluata ꝛditione sui opis: cū aūt quedam sint res a deo create de quaz cōditione est: vt dfectū malicie icurrere possint vel in alia iducere: si simpl̄r malū ab eis pbiberet: destrueret opis ei⁹ conditio: ⁊ iō decet vt mala facere permittat: quorū tamen actor non est. de hoc in primo libro dictum est.

¶ Utrum malum sit quoddam ens positiuum. II.

AD secunduz sic procedit. Ur q malum sit ens: sic natura quedaz primo mō accipiēdi ens: vt ea que positiue aliqd pdicāt. Omne eni genus ē natura quedā. qñ nō entis nō sunt neqz spēs neqz dfie: vt pbs dicit: cū tñ omne genus in spēs q dfias diuidat: sed bonū ⁊ maluz sunt genera alioz: vt in pdicamētis dr. g̃ malum est aliqd positiue pdicās. ¶ P. omne Jniuz ē natura quedā: qz Jnia in eodē gñe sunt: ⁊ nihil est in genere vt spēs: nisi sit natura quedā: sed bonū ⁊ malū sunt Jnia: vt in lra dr. ergo maluz est natura quedā. ¶ P. oīs dfia que pstituit spēz est aliqd positiue pdicās: sed bonū ⁊ malū sunt dfie in pma spē q̄litatis pstituētes diuersas spēs babit⁹. g̃ malū aliqd positiue pdicat. ¶ P. nihil pugnat aut corrūpit: nisi agēdo: nihil aūt agit: nisi bēat naturā aliquā. cū ergo malū corrumpat bonū: ⁊ pugnet Jillud. videt q malū sit naturā quādā habens. ¶ P. omne qō corrūpit generat aliqd: qz corruptio vnius est generatio alterius. vt in pmo de generatione dr: sed malum est corrūpere: vt Dyo. dicit 4.° ca.° de diuinis nob⁹. g̃ eius est ēt generare: sed nihil generat: nisi bñs naturam aliquā quam generato tradat. ergo malū est naturaz aliquaz habens.

**Contra** omne qō est a pmo bono bonū est: cū ex hoc omnia bona sint q̄ ab eo sunt. vt in libro de hebdomad ib⁹ Boetius dicit: sed oīs natura a deo est qui est sūmū bonū. ergo maluz nō est natura aliqua vl ens aliquod positiue dictuz. ¶ P. nihil appetit suuz Jtrariū: sed oīs natura appetit bonuz: qz vnūquodq̄ appetit suiipsius pfectionez. ergo cuz malo sit bonū opposituz malum non erit ens naturā aliquam habens.

